



CHRISTOPHORI CELLARII,
SMALCALDIENSIS,

HORÆ SAMARITANÆ,

Hoc eſt,

EXCERPTA PENTATEUCHI
SAMARITANÆ VERSIONIS
Cum
Latina Interpretatione nova & Annotationibus perpetuis:
Etiam

GRAMMATICA SAMARITANA
copioſis exemplis illuſtrata,
ET
GLOSSARIUM ſeu INDEX
VOCABULORUM.



Editio Secunda.

FRANCOFURTI ET JENÆ,
Sumtibus JOHANNIS BIELCKII, Bibliopol. Jen.
Typis MARTINI JACQUETI, ANNO M. DCCV.

ACADEMIÆ ALTDORFINÆ
Ornamentis

JOH. CHRISTOPHORO WAGENSEIL,

Juris Doctori, ejusdemque Publici & Linguarum Orientalium Professori nobilissimo,

Literaturæ Rabbinicæ inter Christianos facile principi:

ET

GEORGIO MATTHIÆ KÖNIG,

Græcæ Linguæ & Poëseos Professori P.

Polyhistori Viro & meritis in rem literariam clarissimo.

S. P. D.

CHRISTOPHORUS CELLARIUS.



Elici auspicio factum est, ut duce CHRISTIANO DAUMIO, clarissimo viro & de literarum studiis meritissimo, vel primum vobis innotescerem, vel, si non plane ignotus fui, propius advenirem ad vestram amicitiam. Cum enim me pridem ingenii monumenta, quæ statui-

ſtis doctiſſima, invitaſſent, ut veſtrum ambirem amorem atque benevolentiam; divina ſorte accidit, ut DAUMIUS, quem iterum honoris cauſſa appello, Hieronymum ſuum Græcum mitteret, ut vobis perferri curarem: quod contagionis metu obſeſſa erant itinera, quibus antehac ille uſus fuerat, cum ad vos daret aliquid literarum. Non neglexi occaſionem auſpicatiſſimam, ſed utrique veſtrum declaratum volui, quanti vos facerem & mirificam veſtram eruditionem: etiam identidem à vobis petebam, ut iis me intereſſe pateremini, quos vobis amicos adiunxit virtutis veſtræ & doctrinæ ſingularis admiratio. Poſſem commemorare ex tuis, ampliſſime KÖNIG, humanitate pleniſſimis literis, quam præclare de me ſentiatis; niſi pudore prohiberer, quod impenſius, quam pro merito, amari me intellexi. Quo factum eſt, ut ad meam erga vos obſervantiam, quæ maxima mihi viſa erat, tantus cumulus acceſſerit, ut animi erga vos mei ſignificatio non potuerit intra paucorum conſcientiam contineri. Itaque SAMARITANAS HORAS, quæ adhuc ſubſeciva mea ſtudia exhauſerunt, vobis conſecravi, ut apud omnes conſtaret, quanta mihi de vobis exiſtimatio ſit, ſiquidem laudi mihi tribuo, ſi plurimi intelligant, in vobis me virtutem & eruditionem incredibilem admirari. Eſt & alia juſtiſſima cauſſa, cur vobis præter ceteros, quidquid eſt hujus Samaritani otii, dedicari oportuerit. Tecum loquor, WAGENSEILI, vir exactiſſime, quod non ambiguum eſt,

ad

ad quem inter omnes, qui orientis literas hodie tractant, hujus generis studia, tanquam ad judicem & censorem, deferantur. Tu si cum Collega spectatissimo benevole acceperis, quod offertur, idque ex animo potius consecrantis, quam ex re ipsa æstimaveris, securus ero adversus malevolorum dicteria, nec quisquam remorabitur, quo minus in stadio literarum, pro virili parte & ingenii facultate, quanquam exigua, gradum non segniter promoveam. Adjungerem preces, & ut æquo animo exciperetis hoc Samaritanum opusculum, impensius orarem, nisi summa vestra humanitas, quæ omnibus bonis patet, me confidere potius, quam operose rogare juberet. Quamobrem nihil addo, præter sanctissime suscepta vota, ut Deus vos, carissima capita, incolumes servet, & labores vestros, quos in rectis studiis assidue collocatis, fortunet, atque numine suo efficiat, ut publicæ rei literariæque quam diutissime consulere atque prodesse possitis. Valete, amplissimi viri, & meas Musas vobis habete commendatas. Dabam Cizæ KL. Octobr. CIↃ IↃC LXXXI.

LECTORI CANDIDO S.

HOras Samaritanas, non quidem officii laboribus, ſed quieti & laxamento meo ſubtractas, nunc publicas eſſe & multorum uſui patere permitto. Dolui enim ſæpe, bonas mentes, ſed cum anguſta re confligantes, à theſauro hujus linguæ, qui non niſi ex pretioſiſſimo opere πολυγλώττων Bibliorum haberi poteſt, longius arceri, quam ut inſpicere libros, ne dicam linguam perdiſcere, ipſis indulgeatur. Igitur pro tempore, & quantum officii, quo diſtentus ſum, rationes concedebant, excerpſi, quæ præter cetera inſigniorem utilitatem habere videbantur, & quia rarior hæc lingua eſt & ab uſu Europæorum, quibus ſero innotuit, fere alienata, rem non ingratam Linguarum ſtudioſis nec inutilem me feciſſe puto, dum ſingulis Dictis ANNOTATIONES ſubjeci, &, ne quid deeſſet diſcendæ linguæ, GRAMMATICAM artem cum GLOSSARIO ſubjunxi. De ſingulis breviter ediſſeram, quæ digna ſunt, ut moneantur: deinde pauca quædam ex doctorum virorum ſententia & noſtris obſervationibus producam, quæ hujus ſtudii utilitatem vindicent ab illorum judiciis, qui oderunt, quicquid non intelligunt. De Linguæ ipſius origine jam nihil affero, quod apud animum conſtitui, ſi vita & otium ſuppeditaverit, Samaritanas Horas ad *Hiſtoriam* uſque hujus gentis extendere, & breviter ex optimis ſcriptoribus enarrare, quis ſtatus Cuthæorum non tantum civilis, ſed eccleſiaſticus etiam & literarius fuerit, ubi non potero de linguæ ortu & conditione in medium nihil proferre. Neque ad illam nunc controverſiam deſcendo, quæ de auctoritate Codicum Samariticorum diſputat, eoſque vel ſuper omnes libros extollit, quod pleriſque bonorum indigne videtur fieri; vel contemtius de Samariticis, quam æquum eſt, judicat. De his enim in Philologiæ Sciagraphia actum fuit breviter, & quæ agenda reſtant, in Hiſtoriæ, quam promiſi, literaria parte oportunius, quam brevi hoc proloquio, expediri poſſunt. Eorum autem, quæ

nunc

nunc sunt proponenda, præcipuum illud est , quod nolim quemquam ignorare, alium *Codicem Samaritanum* dici, aliam *Versionem Samariticam* ejusdem codicis. Ille pure Ebræus est, & ipse noster Pentateuchi codex, sed literis scriptus Samaritanis, nec nisi in paucis & plerumque exigui momenti signis à nostro codice & Judæorum differt. Versio demum traducta est lingua Samaritana, hoc est, Ebræo-Chaldæa, suis idiotismis subinde interdistincta. Est etiam alia versio Arabico stilo, sed itidem literis Samaritanis exarata, quam, quod typis excusa nondum est, silentio præterimus, & illam solam laudamus, quæ Lutetiis Primum, post paullo Londini, utrobique in Polyglotto Opere Bibliorum, expressa fuit. Ex hac, qualiscumque est, excerpsimus, quæ nunc proposita vides. Presse illa plerumque sequitur codicem, quem Ebræo-Samaritanum appellamus, & ubi ille à nostro & Judaico abit, versio simul ipsa Samaritana discedit. Antiquam esse, vir omnium mortalium de orientis literatura præclarissime meritus **BRIANUS WALTONUS** ex eo conjecit, quod, quæ caussa antiquos Judæos induxerat, ut Targumin seu Paraphrases Chaldæas efficerent, vernacula nimirum, ab Ebræa lingua non parum declinans; eâdem oportuerit Samaritanos adductos esse, ut simili remedio genti suæ, quæ non satis Ebraice noverat, consulerent, nec à Judæis, quorum æmuli erant, ulla in parte vincerentur. Non autem integerrima illa versio est, quæ ad nostra tempora pervenit, sed iisdem satis usa fuit, quibus ceteræ interpretationes. De vulgari Græca, egregio exemplo Hottingerus observavit Exerc. Anti-Morin. p. 77. glossema alterius expositionis ex margine in textum irrepsisse, & cum pristina scriptura fuisse conjunctam. Idem evenit huic Samaritanæ metaphrasi, in qua non raro vox una per geminam, non tantum ejusdem sensus, ut Gen. I. 17. ࠅࠁࠓࠀ · ࠅࠌࠅࠍ *& creavit & aptavit*; c. II. 3. ࠔࠁࠕ · ࠍࠇࠐ *cessavit, desiit*; sed diversissimi etiam transfertur, cujus rei testimonium insigne habemus Genes. XIV. 20. ubi Ebræum מִגֵּן, ࠌࠎࠓ *tradidit*, duplici sensu ࠕࠓࠉࠎ · ࠅࠌࠎࠓ *clypeus & tradidit*, expressum

ſum eſſe conſpicitur. Quis vero credet, utramque vocem ab uno interprete eſſe, nec potius unam illum poſuiſſe, alteram in margine à dubio lectore annotatam eſſe (quia מגן pro punctorum diverſitate utrumque ſignificare poteſt) & ita demum in textum inſertam à librario incurioſo? Sed hæc ſufficiant de Verſione Samaritana: ad *Latinam* ejus interpretationem accedimus. Una Latina verſio in Opere Polyglotto eſt, quæ tam Ebræo-Samaritano textui, quam translationi Samariticæ reſpondere dicitur. Sed ſæpiſſime non reſpondet, præſertim ubi Samaritanus interpres ab Ebræo diſcedit longius. Auctor enim hujus verſionis Latinæ, quæ primum Pariſiis prodiit, Vulgatum Interpretem Latinum, quod etiam Waltonus obſervavit in Prolegomenis, innumeris in locis ſecutus eſt, nec ejusdem profeſſionis homo & magni hodie nominis RICHARDUS SIMON interpretationis hujus vitia diffitetur. *A l'gard*, inquit Hiſtor. Critic. cap. XVII. extremo, *de la Traduction Latine de cette Verſion Samaritaine, principalement dans les endroits, ou elle differe du Texte Hebreu Samaritain, elle ne m'a pas paru tout à fait exacte, de ſorte qu'il ſeroit neceſſaire de la retoucher, ou d'en faire une nouvelle.* hoc eſt: *Conſideranti mihi tralationem Latinam hujus Verſionis Samaritanæ, præſertim in locis, ubi illa differt à Textu Ebræo-Samaritano, non videtur illa accuratiſſima, adeo ut neceſſe ſit, corrigere illam, aut prorſus novam facere.* Angli columnis fere ſingulis editionis ſuæ addiderunt breves notulas, quas in Notis noſtris paſſim allegamus *Annotationum* vel *Animadverſionum* vel *Caſtigationum* nomine: nec tamen breviſſimis his remediis mederi potuerunt tot vulneribus, quibus illa Latina interpretatio ſauciata eſt. Quæ cauſſa fuit, ut de nova verſione Excerptorum cogitarim, eamque ita adornaverim, ut verbo verbum (ſæpe non ſatis Latine, quia tironibus conſultum ivi) interpretando redderetur. De *Grammatica* nihil dicam: ipſa ſuam perſpicuam facilitatem legentibus, quod certe ſcio, probatura eſt. *Gloſſarium* non ſolum voces Excerptis comprehenſas, ſed multas alias quoque, vel ex CASTELLI incomparabili

Lexico

Lexico haustas, vel nostris observationibus inventas, continet. De usu hujus linguæ nemo habet, quod nobis Cassianum illud, CUI BONO? obiiciat. Non contemnenda lingua est illius gentis, quam Christus, communis humani generis Servator, non contemsit, sed divino cum muliercula colloquio ostendit, sibi quoque hunc populum curæ esse, cujus simplicitatem Judæorum immisericordi superbiæ eleganti præposuit parabola. Magni æstimamus, & merito quidem, Chaldæas paraphrases, quibuscum tamen Samaritana potest contendere de simplici & pura verborum translatione. Inter Christianos in pretio erant Theodotionis, Symmachi atque Aquilæ Versiones, quorum illi, ut Hieronymus censet, *Judaizantes heretici* fuerunt, hic *Judaeus ex Christiano:* cur non idem utilitatis ex Samaritano metaphrasta sperare liceat, qui non longius, sed propius omnino abest ab Ebraismi genuina consuetudine? In primis autem commodis, quæ Samaritanismus præstat, est vere admirabile, quod summi ingenii & doctrinæ vir PETRUS DANIEL HUETIUS Demonstr. Evangel. Propos. IV. cap. II. attulit ad γνησιότητα librorum Mosaicorum comprobandam. *Ex omnibus*, inquit, *argumentis, quæ ad fidem Mosaicis libris adstruendam colligi possunt, vix validius ullum reperias, quam quod ex Pentateuchi Samaritani vetustate & auctoritate ducitur.* Interiectis verbis de dissidio inter Judæos & Samaritanos maximo, quod inde ex Esdræ & Sanaballetis seculo deduxit, pergit ita: *Tempore ab hoc nullus amor populis nec fœdera fuerunt, sed implacabile dissidium, quod ad hanc diem perseverat. Et tamen utraque gens suum Pentateuchi codicem habet, nihil vel parum certe dissentientem; hunc Samaritanis literis exaratum, --- illum Judaicis. Ex hac amborum codicum consensione recte colligitur, tales ad hoc tempus perseverasse, quales tum fuerunt, cum gentis utriusque diuortium interuenit. Jam inde enim non συγχρῶνται Judæi Samaritanis* (Joh. IV. 9.) *nec in utroque codice confingendo, & adulterando conspirasse, vel alteram alterius exemplar usurpasse verisimile est.* Cum vero ii, qui nostrum codicem à Judæis post Hieronymi tempora corruptum queruntur, præcipue in gratiam Vulgatæ suæ Latinæ afferant locum Gen. III. 15.

ILLA *conteres &c.* & cap. XLIX. 10. SCHILOH, pro quo malunt שלוח *mittendus*; uterque liber Samaritanus à gravi suspicione nostros vindicare potest, dum illo loco tam Ebræo Samaritanus, quam metaphrasis ejus habet ࠄࠅࠀ *ille*, non ࠄࠉ vel ࠄࠉࠀ *illa*: & uterque in altero loco conservavit ࠔࠉࠋࠄ, quod est ipsum שילה librorum nostratium. Quod si à Judæis tentata fuit corruptio, qui corrumpi eadem verba potuerunt in libris Samaritanorum, quibus cum Judæa gente commercium plane nullum erat? Nec in vindiciis solis Scripturæ Sacræ persistit utilitas Samaritanæ linguæ, sed late per universam fere Philologiam, quæ orientalium literarum est, permanat. Ebræa lingua, quanta ad nostram ætatem pervenit, exiguis & angustis terminis continetur, ut necesse sit eruditis, subinde ad Arabicam linguam, aut Syro-Chaldæam confugere, si vox aliqua usus rarioris interpretanda est. Possem commemorare, quî doctissimi viri, Joh. Morinus & Edmundus Castellus, dubias voces Samaritanarum subsidio clarissime exposuerint, verbi gratia, Gen. I. רָקִיעַ *expansum* à multis; à ceteris, antiquioribus præsertim, *firmamentum* vertitur. Samaritanus interpretando variat, & comm. VI. ࠒࠁࠀࠇࠄ ex ࠒࠁࠀ vel ࠀࠒࠁࠄ nominat, quorum illud in aliis quoque linguis *coagulare, condensari* significat, hoc in MS. Litania Damascena, quæ Samaritana verba è regione Arabice co vertit, نسق redditur, hoc est, *conseruit, ordinavit, confirmavit*: com. XIV. transtulit ࠁࠂࠋࠂࠒ, & comm. XV. geminatis vocibus ࠁࠂࠋࠂࠒ ࠁࠂࠋࠂࠔ *sphæra firmamenti*, de quibus jucunda pariter ac utilia sunt, quæ disputarunt viri laudatissimi. Plura afferrem, nisi spatii mihi ratio habenda esset. Quapropter finem faciam, si uno & altero exemplo demonstravero, non minorem Samaritanæ, quam Syræ & Arabicæ linguæ usum esse in etymologia invenienda. Unde להב *flamma* deducatur, non tantum Arabs ostendit suo لهب *arsit*, quam Samaritanus Verbo ࠋࠄࠁ, quod itidem est *arsit, fumavit*, Exod. XIX. 18. Ebræis est solum Hiphil. הִלְעִיב *illusit*; ࠋࠏࠁ autem ejusdem notionis in I. Conjugatione Samaritis Gen. XIX. 14. c. XXVI. 8. ut de aliis jucundis pariter ac ingeniosis etymologiæ generibus taceamus, verbi gratia, cum *senem* ࠇࠊࠉࠌ à *sapientia* nominant, sicut Radicem ࠇࠊࠌ, quæ raro in usu Ebræis est, pro illorum יָדַע *scivit, cognovit*, plerisq; in locis usurpant. Sed abrumpo, & te, benigne lector, valere jubeo.

EXCER-

EXCERPTA
PENTATEVCHI
SAMARITANÆ
VERSIONIS

CVM

INTERPRETATIONE LATINA

ET

ANNOTATIONIBUS.

Genes. I. 1. 2. 3. 4. 5.

IN principio creauit Deus cœlum & terram.* Et terra fuit desolatio & inanitas: & tenebræ super faciem abyssi: & Spiritus Dei flabat (*flans*) super faciem aquarum. * Et dixit Deus: fuit (*erit*) lux: & facta est lux. * Et vidit Deus lucem, quia bona: & diuisit Deus inter lucem & inter tenebras. * Et vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. & fuit vesper, & fuit mane, dies vnus.

* *a* [illegible] *b* [illegible]
[illegible] *c* [illegible]
[illegible] *d* [illegible]
[illegible]

Comma 14. 15.

*Et dixit Deus: erunt luminaria in firmamento cœli, ad illuminandum super terram, & ad diuidendum inter diem & inter noctem: & erunt in signa

* [illegible] *e* [illegible] *f* [illegible] *g* [illegible]

---

a) [illegible] & [illegible] *principium*, a קדם. *b*) [illegible] & [illegible] *creauit*, *formauit*. *c*) [illegible] κατ' ἀποκοπὴν factum ex [illegible] *inanitas*. R. ריק notissima. *d*) Eadem voce hoc loco Onkelos vtitur. AbenEsra, טעם מרחף כנושבת *sensus* τοῦ ferebatur *est*, flabat. *e*) [illegible] *firmamentum*, *expansum*, etiam comm. 20. pro רָקִיעַ. *f*) [illegible] *redemit*: item *diuisit*, *separauit*. *g*) [illegible], eliso [illegible], pro [illegible] comm. 15. quod per paragogen est pro [illegible], vid. Gram. c. IX.

& in

& in tempora, & in dies, & annos. *Et erunt in luminaria in sphæra firmamenti cœlorum: ad illuminandum super terram: & factum est secundum hoc.

[illegible]

Comma 26. 27.

Et dixit Deus: faciemus hominem in forma nostra, & secundum similitudinem nostram: & dominabuntur in piscibus maris, & in volatili cœli, & in bestiis, & in omni terra, & omni reptili regenti super terram. * Et creauit & aptauit Deus hominem in forma, in forma, *inquam*, Dei aptavit illum, masculum & fœminam aptauit illos.

[illegible]

Cap. II. 1. 2. 3.

Et perfecti sunt cœli & terra, & omnes partes illorum. * Et perfecit Deus in die sexto opus, quod fecerat, & cessauit in die

[illegible]

---

h) [illegible] Chald. *regio, tractus*: Arab. *quicquid rotundum est*. Morin. *i*) [illegible] *similitudo, forma*, a שבר Sam. *posuit*. *k*) [illegible] *auis, volatile*. *l*) [illegible] *cœlum, concauum*, item *prouentus*. *m*) [illegible] *perfecit*, ex Chald. חסל *finiuit, absoluit*, consueta gutturalium permutatione. *n*) [illegible] *partes*, a חלק; aliis *creaturæ*. *o*) Etiam Ebræo-Sam. [illegible], & Syrus [illegible] LXX. ἕκτῃ qua mutatione opus non est, si in Plusquamperfecto Ebræum. וַיְכַל exposueris. *p*) [illegible] *opus, ministerium*, a R. פלח, quæ pro פלח est.

septimo

septimo(*ab*) omni opere, quod fecerat. * Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum: quoniam in eo cessauerat, defecerat ab omni opere, quod creauerat Deus ad faciendum.

Comma 16. 17.

Et præcepit Dominus Deus de homine, dicendo: (*ex*) omni arbore horti edendo edes: * & ex arbore, quæ facit-intelligere bonum & malum, non edes ex illa: quia in die edere te (*quo edes*) ex ea, exscindendo exscinderis.

Comma 24.

Propterea relinquet vir patrem suum, & matrem suam, & hærebit in vxore sua: & fuerunt (*erunt*) ex duobus illis in carnem vnam.

Caput III. 15.

Et inimicitiam ponam inter

q) idem, quod כל *omnis*, etiam comm. 11. & XIX. 12. r) *divisit*, item *cessauit*, hîc cum synonymo בטל conjunctum, & asterisco notatum ab Angl. s) ∇ pro א, אילן Chaldæo-Syr. t) per metathesin ex Chald. שצא vel שיצי *perdidit*, videtur ortum. (u עלץ *exultauit*, Sam. *ordinauit*, & in Ithpeel *adhæsit*. x) Etiam Codex Ebræo-Samaritanus habet *ex duobus illis*, sicut Lxx. δύο, Syrus ܬܪܝܗܘܢ *duo illi*.

te,

te, & inter mulierem: & inter semen tuum, & inter semen illius. Ipsum percutiet te (*in*) capite, & tu percuties ipsum (*in*) calcaneo.

[illegible]

Comma 17. 18. 19.

Et homini dixit: quare audiuisti vocem vxoris tuæ, & comedisti ex arbore, quam præcepi tibi dicendo: non edes ex illa, maledicta terra propter te: in dolore edes illam omnibus diebus vitæ tuæ. Et spinas & tribulos ascendere-faciet tibi, & edes herbam agri. * In sudore vultus tui comedes cibum, vsque redire te ad terram, quia ex illa sumtus es, quia puluis tu *es*, & in puluerem tuum reverteris.

[illegible]

Caput IV. 1.

Et hic homo cognouit Euam vxorem suam, & ventre-gestavit, & peperit Kainum, & dixit: Possedi virum a Domino.

[illegible]

---

y) [illegible] *semen, germen, progenies*, ab Ebr. זרק *adspergere*. *z*) [illegible] *percussit, contriuit*. *a*) [illegible] idem quod [illegible], etiam c. XI. 7. & sequens [illegible] notare Accusatiuum videtur, quia [illegible] c. III. 10. & XI. 7. post se [illegible] Accus. signum trahit. *b*) [illegible] *rediit*, item *effodit*. *c*) [illegible] Samar. *possedit*, etiam cap. XIV. 19. 22. & secundùm Castellum Deut. XXXII. 6. vbi Animadvers. Angl. habent *Consiliarius* ex Syrismo.

Comma 5. 6. 7. 8.

*Et beneuole-respexit Dominus ad Abel, & ad munus eius. *& ad Kain & ad munus eius non beneuole-respexit. Et ira-concitata est Kaino vehementer, & ceciderunt facies eius. *Et dixit Dominus ad Kain: Quare ira-concitatur tibi, & quare ceciderunt facies tuæ? Si benefecisti, leuabis : & si non benefacies, ad portam peccatum cubat: & ad te conuersio eius, & tu dominaberis in eo. *Et dixit Kain ad Abel fratrem suum: ibimus in agrum: & factũ est, in esse illos (*cum essent*) in agro, & surrexit Kain in Abel fratrem suum, & interfecit illũ.

[Samaritan text, with note markers d, e, f, g, h, i, k, l]

---

d) Samarit. [Samaritan text] *beneuoluit, acquieuit* : in Ethph. [Samaritan text] & [Samaritan text] idem : & cum Particula [Samaritan text], *beneuole respexit.* e) חקף Ebr. *inualuit* : cum ל Samarit. & Chald. *iratus est*, *ira concitata est.* f) [Samaritan text] *valde*, *multum.* g) [Samaritan text] idem, quod נָשָׂא Ebræum, *tollere*, *leuare*, *condonare.* h) [Samaritan text] pro פתח *ostium*, quod Syro-Chaldæorum est. i) [Samaritan text] *conuersio*, ab [Samaritan text], quod pro חזר est, *redut*, *reuertit*, gutturalibus pro more commutatis. k) [Samaritan text] *frater*, [Samaritan text] *soror.* l) Additamentum hoc etiam Codex Ebræus, Samariticis literis scriptus, & Syrus, & LXX. habent, iste [Samaritan text]; ille [Syriac text], hi διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Sed quam facile his carere possimus, si וַיֹּאמֶר exponitur *collocutus est*, *narrauit*, ostendimus Sciagr. Phil. S. p. 40. seq.

Caput V.

Caput V. 1. 2.

* Hæc historia generationum Adami in die, creare Deum Adamū, in similitudine Angelorum fecit illum: *masculum & fœminam creauit illos, & benedixit illis: & vocauit nomen eorū Homo, in die creari illos.

Comma 24.

* Et ambulauit Enoch cum Deo: & non ille *erat*: quia sumsit illum Angelus (*angeli*.)

Caput VI. 1. 2. 3.

* Et fuit, postquam cœpit homo multiplicari super faciem terræ, & filiæ natæ sunt eis: *Et viderunt filii dominatorum filias hominis, quod pulcræ illæ, * & sumserunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerunt. *Et dixit Dominus: Nō effundet se

---

m) *historia, narratio*, ex Chaldaico Thalmud. *tradere, discere.* Ceterum etiam Gen. IX. 6. Interpres hominem creatum tradit *in forma angelorum*: & R. Aben-Melech Genes. I. 27. & V. 1. imaginem Elohim interpretatur *similitudinem angelorum.* (n & *vidit.* (o Enallagen *filia nata est*, *filia pulcri*, quære in Syntaxi. p) ita Cl. Castellus interpretatur & ὁμοψήφως laudat Arabem Erpenii & R. Salomonem, quasi sensus sit: *non erit opus meum effundere* (iram) *in homines.* est *proiecit*, & quadratum *profudit, effudit se.*

opus

opus meum in homines in æternum; propterea quod (*ipse est*,) caro: & erunt dies eius centum & viginti anni.

[Samaritan text]

Comma 5. 6.

* Et vidit Dominus, quod creuerit malitia hominis in terra: & omne secretum intentionis cordis eius tantùm malum *sit* omni die. * Et inflatus est Dominus, quod fecerit hominem in terra: & arctatus est cum corde suo.

[Samaritan text]

Cap. VIII. 21. 22.

* Et odoratus est Dominus odorem beneplaciti. Et dixit Dominus ad cor suum: Non addam amplius maledicere terræ propter hominem, quia

[Samaritan text]

---

q) [Samaritan text] *centum* vid. infra pag. 31. & [Samaritan text] pag. 23. r) [Samaritan text] *apprehensio, intentio, sensus*, ipsum יצר Rabbinorum. s) [Samaritan text] Sam. *Cor*, quasi *arcanum* hominis. t) etiam comm. 7. [Samaritan text], & c. VII. 21. [Samaritan text] *hominem* notat, vt microcosmum. u) [Samaritan text] Aph. *odoratus est*, vt הריח Ebræum: ריח etiam hîc *odor*. At [Samaritan text] vel Emph. [Samaritan text] *beneuolentia*, *beneplacitum*, est a [Samaritan text] *voluit*, de quo supra cap. IV. 5. x) [Samaritan text] perinde ac modò cap. VI. 5. [Samaritan text], (vtrumque *arcanum* & *secretum* notat) *cordi* significando adhibetur. y) [Samaritan text] pro יוסיף *addidit*. z) [Samaritan text] Ebr. & Sam. *vilipendi*: hîc *maledicere*, forsan quod R. קלל vtrumque Ebræis significat.

occultum cordis hominis malum ab adolescentia eius. Et non addam amplius occidere omne vivens, sicut feci. * Vsque ad omnes dies terræ, semen & messis, frigus & calor, æstas & hiems, dies & nox non deficient.

[Samaritan]

Genes. IX. 1. 2.

Et benedixit Deus Noacho, & filiis eius, & dixit illis: multiplicamini & crescite, & implete terram. * Et terror vester, & timor vester erit super omnem bestiam terræ, & super omne volatile cœli, in omne, quod repet humi, & in omnes

[Samaritan]

---

a) *absconditum*, Peil ex Chald. טמר *abscondidit*. b) [Samaritan] *pueritia*, [Samaritan] & [Samaritan] *puer*, a [Samaritan] *creuit*. c) [Samaritan] *viuens*, *subsistens*, a קום deriuatur, pro quo [Samaritan] fere scribunt Samaritani. d) [Samaritan] *Ad*, *Vsque ad*, & cum Præfixo Lamed Deut. IV. 30. e) [Samaritan] *frigus*, ex Chald. צנן *frigescere*. f) [Samaritan] Nomen & Verbum, *æstus* & *incaluit*: hinc aliud Nomen [Samaritan] eiusdem valoris. g) [Samaritan] *æstas*, ex קַיִץ Ebræo. Syrus h. l. pariter ܩܝܛܐ, & Onkelos קִיטָא habent. h) [Samaritan] & [Samaritan] *hiems*, ex Ebræo-Chaldæo, ו in כ mutato. i) [Samaritan] *dies*, vt Gen. I. 5. k) [Samaritan] *nox*, [Samaritan] & [Samaritan] idem. l) סגא Chaldæo-Syrorum, *creuit*. m) Ebr. אֵימָה *terror*. n) Syro-Chaldæorum דחל *timuit*, ܕܚܠܬܟܘܢ *timor*. o) vide supra Cap. I. 26.

pisces maris: in manus vestras dedi illud. [illegible]

Comma 6. 7.

Effundens sanguinem hominis, per hominem sanguis eius effundetur, quia in forma angelorum fecit filium-hominis. * Et vos multiplicamini & crescite, & dilatate in terra, & crescite in ea. [illegible]

Comma 12. 13. 14.

Et dixit Deus: hoc signum fœderis est, quod ego do(*dans*) inter me & inter vos, & inter omnem animam viuentem, quæ cum vobis *est* in generationes seculi. * Arcum meum dedi in nube, & erit in signum fœderis inter me & inter terram. * Et erit in obnubere me (*cum obnubo*) nubem super terram; [&] apparebit arcus in nube. [illegible]

---

p) [illegible] & [illegible] *manus*, sed illud, quam hoc, frequentius. *q*) [illegible] & [illegible] *sanguis*, quæ prosthesis convenit cum R. אדם *rubuit*. *r*) Annot. Angl. *conculcate*: Castell. *extendit*, *dilatationem fecit*. *s*) [illegible], σημεῖον, Chaldæis etiam & Rabbinis usitatum. *t*) Syris etiam *fœdus* ܩܝܡܐ dicitur, a קום *stare*, propter stabilitatem. *x*) vide supra Cap. VIII. 21. *x*) [illegible] *arcus*, alibi, vbi de armis sermo est, [illegible], ex Ebr. קֶשֶׁת adhibetur, Gen. XXXVII. 3. XLVIII. 22. &c. *y*) [illegible] *fœdus*, *pactum*.

Com-

Comma 27.

*Pulcre agat Deus Iapheto: & habitet in habitaculis Semi: & erit Canaan minister illis.

[Samaritan text]

Cap. XII. 1. 2. 3.

*Et dixit Dominus ad Abramum: Ito tibi ex terra tua, & ex cognatione tua, & ex domo patris tui, in terram, quam mōstrabo tibi. *Et faciam te in populum magnum: & benedicam tibi, & magnificabo nomē tuum, & sis benedictiones. *Et benedicam benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam: & benedicentur in te omnes populi terræ.

[Samaritan text]

Cap. XIV 18. 19. 20.

*Et Melchisedek, rex Salem, protulit panem & vinum: & ipse sacerdos Potenti robore. *Et benedixit Abramo, & dixit: Benedictus Abram Po-

[Samaritan text]

z) [Samaritan text] *pulcrum esse*, vt Ebræis: hîc *pulcre agere*. Sic Targum Ionathanis, ישפר יי תחומיה דיפת *pulcros faciat Deus terminos Iapheti*. Alibi dubitat Castellus, an a R. [Samaritan text] sit. a) שמש *minister* Chald. b) [Samaritan text], *possedit* vt supra ad c. IV. 1. dictum: an etiam *monstrauit*? Castello videtur legendum [Samaritan text] *monstraui tibi*. Morino [Samaritan text] hoc loco significat vel *promittere*; vel *consulere*, vt Syris. c) eidem Castello Gr. Harm. p. 11. [Samaritan text] regulare est, cui Radicem ponit [Samaritan text], quæ eadem sit, ac [Samaritan text] *maledicere*. Exempla, quæ addit, mutant literam, [Samaritan text] *maledictus* Gen. III. 14. [Samaritan text] *maledic* Num. XXII. 6. d) [Samaritan text] *populus, familia*. e) Hiphil ex נפק *egressus est*. f Angl. Annotationes Versione expressimus. Morinus, *Deus fortis*. Sane אל *Deus*, Samarita etiam alibi vertit [Samaritan text], vt Gen. XIII. 3. loco posteriori (nam priori [Samaritan text] retinuit) [Samaritan text] pro *Beth-El*.

 tenti

Genes. XVII. 1. ad 7.

Et fuit Abram filius nonaginta & novem annorum,& visus est Dominus Abramo, & dixit ei: Ego potens, sufficiens; ambula coram me, & esto perfectus. *Et dabo fœdus meum inter me & inter te, & multiplicabo te valde, valde. *Et se cadere-fecit Abram super faciem suam,& locutus est cum eo Deus dicendo: *Et Ego, ecce fœdus meum tecum, & eris in patrem multitudinis gentium. *Et non vocabitur amplius nomen tuum Abram, & erit nomen tuum Abraham, quia multitudinem gentium dedi te. *Et fructificare-feci te valde valde, & dedi-te in gentes,& reges ex te egredientur. *Et statuam pactum meum inter me & inter te,& inter filios tuos post te,in generationes eorum, in pactum seculi, ut sim tibi in Deum,& filiis tuis post te.

[illegible]

---

s) *Potens, sufficiens.* De priore voce supra dictum ad cap. XIV. 18. Posterior est ex ܣܦܩ *sufficit.* *t*) אזל Syro-Chald. *iuit*, Ithp. ࠄ pro ࠀ, ut sæpe apud Chaldæos. *u*) ࠒࠃࠌࠄ *coram me*, etiam Genes. VII. 1. contractum ex קֳדָם *coram, ante.* ࠋ seruile est. *x*) רְגוּשׁ & רגושׁ *tumultus*, item *turba, multitudo*, Chaldæum. *y*) זְעַק *clamare*, Sam. etiam *vocare.* *z*) vide supra c. IX. 13. *a*) *filios tuos*, Ebr. זַרְעֲךָ *semen tuum.* *b*) [illegible], Arab. جيل, *generatio, ætas*, Genes. VI. 9. Deut. XXXII. 20. & alia forma [illegible] Gen. XV. 16.

Com-

Comma 10. 11.

* Hoc fœdus meum, quod ſeruabitis inter me & inter vos, & inter filios tuos poſt te: circumcidi vobis omnem maſculum. * Et circumcidetis carnem præputii veſtri, & erit in ſignum fœderis inter me & inter vos.

[Samaritan text] c [Samaritan text] d [Samaritan text] e [Samaritan text] f [Samaritan text]

Comma 14.

* Et præputiatus maſculus, qui non circumcidet carnem præputii, in die octauo; [&] exſcindetur anima hæc ex populis ſuis: fœdus meum obliviſci-fecit.

[Samaritan text] g [Samaritan text] h [Samaritan text]

Geneſ. XVIII. 25.

* Abſit a te, vt facias ſecundùm verbum iſtud, ad occi-

i [Samaritan text] k [Samaritan text]

---

c) נטר Ebr. & Chald. *ſeruauit, cuſtodiuit*, vt שמר. d) Infin. Paſſ. [Samaritan] ex Ebraiſmo, [Samaritan] ex Syriſmo habens. גזר *ſecuit*, etiam *circumcidit*. e) [Samaritan] *circumcidit*. f) [Samaritan] & [Samaritan] *præputium*, [Samaritan] comm. 14. *præputiatus*, a Chald. קְלַף *decorticare*. g) קטע Chald. & Sam. *exſcidit*: Sam. etiam Paſſiue *exciſus eſt*. h) Aphel ex נשה, Ebr. & Chald. *oblitus eſt*. i) Abominandi formulam, quam Samaritanus coniunxit, recte diuiſit Syrus hoc loco, ܡܚܣ ܠܟ *parco tibi*, ſicut Iudæi aiunt, חס ושלום, cum abominantur. Syram formulam Matthæus Græce expreſſit XVI. 22. ἵλεώς σοι. k) etiam Chaldæis זַכָּאָה & זַכַּאי *iuſtus & innocens*: זְכָה *purus & innocens fuit*.

den-

dendum iustum cum peruerso, vt (&) sit sicut iustus, sicut peccator. Absit a te. Ecce iudex omnis terræ non faciet iudicium?

[Samaritan text]

Genes. XIX. 24. 25.

* Et Dominus pluit super Sodom & super Gomorram sulphur & ignem a [coram] Domino, de cœlo * Et euertit ciuitates illas, & omnem planitiem, & omnes incolas ciuitatis, & omne germen terræ.

[Samaritan text]

---

l) [Samaritan text] *peruersus, impius*. Chald. סרח *peruerse egit*. *m*) Alterum [Samaritan text] Ebræo more propter ellipsin exponi debet *Sic, Ita*. Ellipsin optime supplet Aben Esra ad h. l. his verbis, כלומר יתחברו שני כ"פין ה"ה דרך קצרה והטעם' והי' הצדיק כרשע והרשע כצדיק *cum socientur duo Caph, ellipsis subest, & sensus ita complendus: & erit iustus, sicut impius; & impius, sicut iustus*. Ceterum cum Chaldæis *debitorem* vocat Sam. (nam חוב *debere* notat) quem intelligimus *peccatorem*. *n*) [Samaritan text] aliâs *Aut*: hîc *Ecce*, quasi [Samaritan text] secundum Castellum. *o*) Passiuum Actiue significat, vide Gram. p. 85. *p*) [Samaritan text] & [Samaritan text] *iudicium*. R. פשר Chald. *interpretatus est*, Sam. *iudicauit*. *q*) לקה Chald. *vapulauit, percussus est*, in Aphel seu Hiphil *percussit proiecit*. Hoc loco *pluit*, quasi *proiecit pluuiam*. *r*) [Samaritan text] *sulphur*, pure Samariticum. *s*) קֳבֵל & לְקֳבֵל *coram, e regione*, Chald. *t*) [Samaritan text] *planities*, locus bene mensurabilis. Nam משח Syro-Chald. est etiam *metiri*, & משיחה *mensura, funiculus*. *u*) [Samaritan text] Fœm. *germen* at [Samaritan text] perinde ac Ebræis, *idea & imago*.

Genes.

Genes. XXII. 9. 10. 11. 12.

* Et ingressi sunt in locum, quem dixerat ei Deus, & ædificavit ibi Abraham altare, & ordinavit ligna, & ligavit Isaacum filium suum, & posuit eum supra altare, superne ad lignum. * Et misit Abraham manum suam, & sumsit cultrum, ad mactandū filium suum. * Et vocavit illum Angelus Domini de cœlo, & dixit; Abraham, Abraham Et dixit, Ecce ego. * Et dixit: Non inii-cies manum tuam super puerum, nec facies ei quicquam, quia nunc cognovi, quod timens Deum (a Deo) tu es, & non cohibuisti filium tuum, corculum tuum, a me.

[illegible]

---

x) ܥܰܠ vel ܥܠ *ingressus est, venit.* y) ܬܡܢ *ibi.* z) vide supra ad cap. II. 24. a) [illegible] *lignum*, quasi ex עֵץ mutata litera. b) עסק Ch. *studuit:* Sam. *ligauit.* c) [illegible] *posuit.* d) [illegible] & [illegible] *super.* cui Chaldæo more [illegible] præponitur, מִלְעֵל *superne.* e) [illegible] *lignum*, ex Ch. קְמַץ *collegit*, tanquam in fasciculum: aut ponitur pro [illegible], quod itidem *lignum* notat Lev. XIV. 4. 6. 45. f) שְׁגַר Chald. *misit, emisit, proiecit.* g) [illegible] *culter, gladius:* סַכִּין Chaldaice idem. h) נכס Syro-Chald. *mactauit.* i) composita vox ex [illegible] *ecce*, & [illegible] *ego*, sicut הִנְנִי Ebr. k) טְלַק Chald. *iniecit, proiecit.* l) vide supra ad cap. VIII. 21. m) כְּדוּ Chald. *iam, nunc.* n) [illegible] *quòd, vt*, quasi ex ἵνα, item *ecce.* o) Peil hoc, aliâs *terribilis, timendus*, hîc Passiuam vim amittit, ut sæpe apud Syros. p) Annotationes Angl. habent *corculum tuum*: forsan etiam exponi potest, *dilectum ex corde* seu *cordicitus.*

Genes. XXIV. 63. 64. 65. 66. 67.

* Et egressus est Isaac ad orandum in campo, ad tempus vesperæ. Et leuauit oculos suos, & vidit, & ecce cameli venientes. *Et leuauit Rebecca oculos suos, & vidit Isaacum, & inclinauit se super camelum. *Et dixit seruo: quis vir iste divertens in campo in occursum nostrum? & dixit seruus: hic dominus meus. Et accepit *illa* velum, & occultata fuit. * Et narrauit seruus Isaaco omnes res, quas fecerat. *Et induxit eam Isaac *in* tabernaculum Saræ, matris suæ & sumsit Rebeccam, & facta est ei in vxorem, & dilexit eam, & consolatione leuatus est Isaac post matrem suam.

[illegible]

---

q) נפק *exiit*, [illegible] Præteriti, contra morem (vid. c. XXVIII. 10.) abiecto. r) [illegible] *orauit, precatus est.* s) vide supra c. IV. 7. t) [illegible] *vidit.* pro חמה Chald. u) [illegible] *inclinauit, incuruauit se*, pro Chald. גחן idem sonante. Eodem sensu Onkelos, וְאִתְרְכִינַת מֵעַל גַּמְלָא quod in Opere Anglicano vertitur: *& inclinauit se super camelum.* x) [illegible] & [illegible] *iste, ille*, ex הֵן Ebr. y) [illegible] *declinauit, divertit.* z) [illegible] *occursus*, זמן Sam. *cogitauit*, in Aphel *occurrit.* a) [illegible] *velum, tegmen*, præsertim coloratum & nitidum, a זהר *splenduit.* b) תנה seu תנא *docere, enarrare*, Chaldaico-Talmudicum, supra notatum ad c. V. 1. c) [illegible] *recessit*: Aphel *reduxit, introduxit.* d) [illegible] *tabernaculum*, a גנן Ebr. *protexit*, Syris in Aphel [illegible] *habitauit*, Ioh. I. 14. pro ἐσκήνωσε, & [illegible] *thalamus, tabernaculum*, Matth. IX. 15. e) אִתְּתָא & אִתְּתָא Chald. *vxor.* f) Passiuum a quadrato [illegible] *consolatus est.*

Genes. XXVIII. 10 ad 17.

* Et egressus est Jacob ex Bersebâ, ad eundum in Haran. *Et venit in locum, & pernoctauit ibi, quia occiderat sol. & accepit ex lapidibus loci, & posuit ceruical, & dormiuit in loco isto. *Et somniauit, & ecce, scala stetit *in* terra, & caput eius attingens cœlum: & ecce, angeli Dei ascendentes & descendentes in ea. *Et ecce, Dominus statutus super eam, & dixit: Ego Dominus Deus Abrahami patris tui, & Deus Isaaci. Terram, super qua dormis, tibi dabo & semini tuo. * Et erit semen tuum sicut puluis terræ, & dilataberis in occidentem, & in orientem, & in septen-

[illegible]

---

g) R. אול Syro-Chald. h) ipsum Ebræum *occurrit.* i) בורת Syro-Chald. *pernoctare, manere:* hîc Aphel idem notat. k) Pariter Onkelos עַל שִׁמְשָׁא *subierat sol.* nam עלל *ingredi*, de sole est *occidere.* l) *ceruical*, quasi capitis sustentaculum, a סמך *sustentavit.* m) Chaldæo-Syriacum. n) ࠏ supplet Kamez Præteriti, & alias quoque in R. קום familiare est. Vide ad VIII. 21. o) etiam Onk. מְטֵי *pertingens.* Syro-Chaldæis enim מְטָא est *venire*, *appropinquare, attingere.* p) סלק Ch. Syre *ascendere.* q) ࠍࠏࠕ pro Chald. Syro נחת *descendit*, ࠇ in ࠏ, quod solenne Samaritis, immutato. r) Aphæresis, pro ࠉࠄࠉ *erit*, etiam Genes. XLVIII. 19. Exod. IX. 22. s) פְּתַח Chald. *latum esse, dilatari.* Hiphil etiam huius notionis Ebræis reliquum est Gen. IX. 27. t) etiam hîc ࠏ est pro ࠇ. nam מַדְנְחָא *oriens* Syris atque Chaldæis in usu, a דְּנַח *ortus est*, pro quo ࠆࠓࠏ Sam. Gen. XXXII. 31.

trionem,

trionem, & in meridiem: & benedicentur in te omnes familiæ terræ, & in semine tuo. *Et ecce, Ego tecum, & servabo te in omni, qua ambulabis: & reducam te in terram hanc, quia non deseram te, donec *id* fecero, quod locutus sum tibi. *Et exercitatus est Jacob de somno, & dixit: profecto est Dominus in loco hoc, & ego non sciui. *Et timuit, & dixit: quam timendus est locus hic! non est iste, nisi domus *Dei*, & hæc porta cœli.

[illegible]

Genes. XXXI. 53.

*Deus Abrahami, & Deus Nahor iudicabit inter nos, Deus

[illegible]

---

u) Vide supra ad c. XII. 3. *x*) R. נטר. vide ad Gen. XVII. 10. *y*) Aphel ab [illegible] pro חזר *rediit*. vide Genes. IV. 7. *z*) Ebræa עַד אֲשֶׁר אִם *usque quod si*, id est, *donec*, presse sequitur interpres. *a*) R. עור *euigilare*. *b*) Ebr. יֵשׁ, Syre ܐܝܬ *est*. *c*) [illegible] *sciuit*, *cognouit*, conuenit cum [illegible], quod pro חכם est. *d*) lacuna hæc etiam in Angl. Opere punctis notata est. Codex tamen Ebræo-Samaritanus, quem transtulit interpres, integre habet, [illegible] *domus Dei*. *e*) [illegible] pro [illegible], תרע *porta*, adde notata ad Gen. IV. 7. *f*) vide ad Gen. XVIII. 25. p. 13.

Abrahami. Et iurauit Iacob per Redemtorem patris sui Isaaci. [illegible]

Genes. XXXII. 24. ad 31.

* Et relictus est Iacob solus, & luctatus est vir cum eo, usque-dum ascenderet aurora. * Et vidit, quod non praeualeret illi, & tetigit in curvatura femoris eius, & luxata est curvatura femoris Iacobi in luctando illum cum eo. * Et dixit mitte me, quia ascendit aurora. & dixit: non mittam te, nisi benedixeris mihi. * Et dixit ei: quodnam nomen tuum? & dixit, Iacob. * Et dixit: non Iacob dicetur amplius nomen tuum, sed Israel, quia firmus cum Deo, cum hominibus [illegible]

---

g) Etiam Cod. Ebraeo-Samar. quem interpres secutus, habet [illegible] *Abraham*. Sed fallit vterque. In Ebraeo est אֲבִיהֶם *patris illorum*, nec aliter Onk. אֲבוּהוֹן, Arabs ابيهما, Syrus Numero & Pronomine mutato ܕܐܒܗܬܢ *patrum nostrorum*: LXX. autem repetitionem hanc omiserunt. *h*) פָּרוֹקָא *redemtor*, פרק Aramaeis *liberare*. Ebr. h. l. פַּחַד *timor*. Onkelos praeclare, בִּדְדָחִיל לֵיהּ אֲבוּהִי *per eum, quem timuit pater suus* Isaac. *i*) R. יתר *reliquum esse*. *k*) [illegible] & [illegible] *tantummodo*: cum suffixis *solus*. *l*) [illegible] *luctatus est*. Chald. & Syre *palpauit, attrectauit*. *m*) Itph. est *ascensione tolli, auferri*, quasi sole appropinquante noctis caligo & aurorae crepera lux discussa dicatur. Peal autem סלק Ch. Syr. & Sam. *ascendere*. *n*) [illegible] non solum *appropinquauit*, vt apud Ebr. sed etiam *tetigit*. *o*) ex יָקַע *luxatus est*, abiecto Iod. *p*) [illegible] pro [illegible], Ebr. כִּי אִם *sed*. *q*) [illegible] hoc loco videtur principem notare, a *firmitate* & *veracitate* dictum. Chald. enim *firmus*, Syr. etiam *verax* est.

fuisti,

fuisti, & prævalebis. *Et interrogavit Iacob, & dixit: indica-mihi nomen tuum. & dixit ei: quid interrogabis de nomine meo? & benedixit illi ibidem. * Et vocavit Iacob nomen loci, Pnuel, quia vidi Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea. *Et ortus est ei sol cũ transiret *locum* Pnuel: & ipse clausus *erat* super femore.

[illegible]

Genes. XXXV. 1.2.3.

* Et dixit Deus ad Iacobum: Surge, ascende in Beth-El, & habita ibi, & fac ibi altare Potentissimo, qui visus est tibi, cũ fugeres a [coram] Esau fratre tuo. * Et dixit Iacob ad domum suam & ad omnes, qui cum eo: removete deos alienorum, qui in medio vestri, & purificate, & mutate vestimentum

[illegible]

---

r) [illegible] *indicavit*, mutatione [illegible] & [illegible] ex Chald. חַוִּי factum. At [illegible] Sam. est *posuit*, *collocavit*. *s*) [illegible] *liberavit*, vt Pael Syris. *t*) [illegible] pro [illegible]. nam Syro-Chaldæis דְנַח *ortus est*. adde dict. c. XXVIII. 14. *u*) quasi *obsignatus*, a חָתַם *signavit*, *obsignavit*. *x*) Syris ܣܠܶܩ *ascendit*, tantum in Præt. & Benoni vsitatum: cetera Tempora a נסק formant. *y*) דור *habitare*. *z*) vide supra Gen. XIV. 18. *a*) [illegible] Per metathesin pro ערק *fugit*. *b*) סְטַר Ch. *recessit*, *divertit*: Aphel *removit*. *c*) [illegible] *medium*, *pars intima*, [illegible] pro [illegible]. Syris enim ܓܘ id significat. *d*) דְּכָה Chald. *purum esse*: in Pael & Aphel etiam Syris *purificavit*.

vestrum. * Et surgemus, & ascendemus in Beth-El: & faciam ibi altare Potentissimo, qui exaudiuit me in die angustiæ meæ, & fuit mecum in via, qua ambulaui.

[illegible]

Genes. XXXVII. 35.

* Et surrexerunt omnes filii eius, & omnes filiæ eius ad consolandum ipsum (*Iacobum*) & noluit solatio leuari, & dixit: quoniam descen. á super fi io meo lugens in Schejul. Et flevit cum illo pater ipsius.

[illegible]

Cap. XLI. 41. 42. 43.

* Et dixit Pharao Iosepho: vide dedi te super omnem terram Ægypti. * Et amouit Pharao annulum de manu sua, &

[illegible]

---

e) [illegible] *vestis*, Syre [illegible] Act. XII. 8. Ebr. I. 12. idem, aut *pallium*, quasi tegmen corporis, a כסה *texit*. f) עקא Chald. Syr. *angustia*, עוק *arctari*. g) ∇ itidem pro ㅂ. Syre ܐܘܪܚܐ Ebr. ארח *via, iter*. h) [illegible] *noluit, renuit*. i) ita legendum putat Castellus pro scripto [illegible], quod nemo intellexit. At vero [illegible] est gutturalium permutatione ipsum Ch. Syr. נחת *descendit*, quod, vt solent verba ܛܫܐ, abscondit primam scheuandam, & sæpe ㅁ eius loco assumit, vt hoc ipso cap. comm. 25. [illegible] *descendere*. k) Syra forma est ܫܝܘܠ pro שְׁאוֹל Ebr. l) Ebr. אחו interpres pro אחיו accepit. m) supra ad cap. XXXV. 2. Aphel huius notionis adfuit: aut ergo Pael h. l. est, aut Peal transitiue sonat.

dedit

de-dit illum super manum Iosephi, & vestiuit eum vestimentis byssi, & aptauit torquem auri super collum eius. * Et equitare-fecit ipsum in curru duplici, qui ipsius *erat*, & parauit coram ipso prædicatorem, & dedit eum super omnem terram Ægypti.

[Samaritan]

Genes. XLV. 1. 2. 3. 4. 5.

*Et non potuit Ioseph continere se ad omnes adstantes iuxta ipsum: & clamauit, & egredi-iussit omnem virum a [super] se. * Et dedit vocem suam cum fletu, & audiuerunt Ægyptii, & audiuerunt domus Pharaonis. * Et dixit Ioseph ad fratres suos: Ego *sum*

[Samaritan]

---

n) [Samaritan] pro [Samaritan] Chald. עִזְקָא *annulus.* o) ita exprimitur Ebræa compositio particulæ מֵעַל *de.* p) [Samaritan] *vestimentum.* רְקַע *expandit.* q) Chald. מִילָת *lana purissima, tenuissima.* Inde h. l. Samaritanis *byssus.* r) [Samaritan] *torques.* conuenit pretio cum Arabum جمان *margarita.* s) [Samaritan] pro [Samaritan] in voce notissima. t) [Samaritan] *cogitauit,* supra expositum. Aphel, *occurrit,* item, vt hoc loco, *constituit, indixit.* u) [Syriac] *prædicator, præco,* II. Tim I. 11. [Syriac] *prædicauit.* x) [Samaritan] *exspectare, continere se.* Conuenit cum Ebr. שִׂבֵּר & Chald. סַבַּר *exspectauit.* y) suffigendi mixta ratio ex עָלָיו Ebr. & עֲלוֹהִי Chald. z) dicendi genus Orientis proprium. Matth. XX. 30. Syre [Syriac] *dederunt vocem,* pro ἔκραξαν. a) בִּכְיָא Ch. & [Syriac] Syre *fletus.* R. בכה obuia.

Ioseph:

Ioseph : num adhuc pater vivus ? Et non potuerunt fratres eius respondere illi, quia consternati erant coram ipso. *Et dixit Ioseph fratribus suis : accedite quæso ad me : & accesserunt. Et dixit : Ego *sum* Ioseph, frater vester, quem vendidistis[me]in Ægyptum. *Et nunc ne affligatis-vos, & ne effervescat in oculis vestris, quod vendidistis me huc : quia ad vivificandum misit me Deus ante vos.

[Samaritan text]

Genes. XLVI. 1. 2. 3. 4.

*Et profectus est Israel, & omnia, quæ ipsius; & venit in Bersebam, & mactavit victimas Deo patris sui Isaaci. *Et locutus est Deus ad Israelem in visionibus noctium, & dixit : Iacob, Iacob. & dixit, Ecce ego. *Et dixit *Deus* : Ego Potentis-

[Samaritan text]

b) Aphel [Samaritan] (quasi à תוב) *respondit*, cui Inf. [Samaritan] Castellus subdit. *c*) [Samaritan] *accessit, appropinquavit* : aliis linguis *antevertit*, Ebr. & Chald in Piel; Syræ & Arab. etiam in Conj. prima. *d*) [Samaritan] Imp pro [Hebrew] Ebr. à [Samaritan] *posuit*. *e*) זבן *emit* : Pael *vendidit*, Chald. & Syr. *f*) [Samaritan] *formavit*, Ithp. *afflixit se*. g) [Samaritan] & *validum esse*, & *excandescere*, (sicut Chaldaice) significat. Ergo recte pro Ebr. יחר hoc loco positum. *h*) [Samaritan] & [Samaritan], Hiph. vel Aphel, *vivificavit*. [Samaritan], tanquam Pael, idem. *i*) [Samaritan] *profectus est* : [Samaritan] *iter*. *k*) [Samaritan] & [Samaritan] *aspectus, visio*, pure Samaritanum. *l*) vide supra ad Genes. XXII. 11.

simus,

ſin us, Deus patris tui. Ne timeas deſcendere in Ægyptum, quia in gentem magnam conſtituam te ibi. *Ego deſcendam tecum ad Ægyptios: & ego faciam-te-aſcendere, etiam aſcendens: & Joſeph ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.

[Samaritan]

Geneſ. XLVII. 7. 8. 9.

* Et adduxit Joſeph Jacobum patrem ſuum, & ſtatuit ipſum coram Pharaone. * Et dixit Pharao ad Jacobum: quot *ſunt* dies annorum vitæ tuæ? * Et dixit Jacob ad Pharaonem: dies annorum peregrinationum mearum *ſunt* triginta & centum anni: pauci & mali fuerunt

[Samaritan]

---

m) Craſis duarum vocum [Samaritan] *non timebis.* *n)* [Samaritan] pro נחת *deſcendit.* adde ſupra ad c. XXVIII. 12. notata. *o)* Aphel ex נסק *aſcendit*, etiam Chaldæis in vſu: Syrus quoque h. l. [Syriac] *aſcendere te faciam.* *p)* preſſe ſequitur Ebræas voces גם עלה, quas Syrus & Arabs poſth bent: Onkelos אף אסקנא, per Inf. Aphel reddidit. Verſio Latina Samaritico textui appoſita exponit: *etiam adverſus eam*: caſtigatio ſubſtrata habet, *etiam conſcende.* Neutrum placet. Prius עליה requireret: poſterius [Samaritan] pro [Samaritan]. Eſt enim Defectiuum verbum, quod Imp. & Fut. a נסק format, vt p. 19. notauimus. v. g. Gen. XXXV. 1. [Samaritan] *aſcende*, XLIV. 17. [Samaritan] *aſcendite.* *q)* [Samaritan] *peregrinationes*, etiam Exod. VI. 4. ab [Samaritan] *peregrinatus eſt*, quod eſt a [Samaritan] (pro ישב) *habitauit.* *r)* Chald. שְׁנָא & שַׁתָּא *annus.* *s)* [Samaritan] *paruum, modicum*, vt צְבַחַר Chaldæum. Pro [Samaritan] etiam [Samaritan] reperitur Gen. XXIV. 17. XXX. 15.

D dies

dies annorum vitæ meæ : & non attigerunt dies annorum vitæ patrum meorum in diebus peregrinationum illorum.

[illegible]

Genes. XLVIII. 15. 16.

*Et benedixit *Jacob* Josepho, & dixit: Deus, coram quo ambulauerunt patres mei, Abraham & Isaac: Deus, qui pauit me a domo ad-usque diem hunc : * Rex, qui liberauit me ab omni malo, benedicet pueris hisce, & vocabitur in illis nomen meum, & nomen patrum meorum, Abrahami & Isaaci; & dilatabuntur in multum in medio terræ.

[illegible]

t) vide supra ad c. XXVIII. 12. u) *ex domo*, intellige, *natali*, vt etiam in Op. Angli Castigationibus exponitur. x) Sic omnes libri Samaritici : etiam Codex Ebræo-Samaritanus [illegible] *Rex redemtor*. Posses suspicari, Samaritas ad illam notionem τῦ מלאך, quam Lud. de Dieu Animadv. in V. T. p. 50. ex Æthiopum lingua adstruit, vt *principem & præfectum* significet; respexisse. Ceterum constanter reliqui interpretes *Angelum* vertunt, LXX. *ἄγγελος*, Chald. מַלְאָכָא, Syrus ܡܰܠܐܰܟܳܐ, Arabs Erpenii الملاك &c. y) vide dicta ad Genes. VIII. 21. z) Pronomen interpres hausit ex codice Ebræo-Samaritico, in quo [illegible] *pueris HIS* legitur, pro quo in nostro Ebr. est tantummodo הַנְּעָרִים, sine Pronomine, sicut nec Syrus habet, nec Onkelos, nec Ionathan. Græci tamen *παιδία ταῦτα*. a) vide Gen. XXVIII. 14.

Genes.

Genes. XLIX. 10.11.12.

* Non recedet sceptrum de Jehuda,& ductor ab[inter]ordinibus eius, vsquequo veniet Schilo, & ad ipsum ducentur populi. * Ligata *est* ad vitem ciuitas eius, & ad palmitē filii fortitudinis eius: lauans in vino indumentum suum, & in sanguine vuarum pallium suum. * Rutilantes oculi præ vino, & albi dentes præ lacte.

[Samaritan]

---

b) vide supra Genes. XXXV. 2. *c*) [Samaritan] *duxit.* Sic. Gen. XXIV. 27. pro נַחֲנִי *est*, [Samaritan] *duxit-me.* *d*) Hoc habet interpres ex Ebræo-Samaritano, qui, vna litera [Samaritan] in [Samaritan] mutata, pro רגליו *pedes eius*, exhibet [Samaritan] *vexilla eius.* *e*) videtur seruasse interpres Ebræam vocem, vt solet, in dubiis. Inde [Samaritan] in fine contra consuetudinem. Quod vero aliud [Samaritan] interposuit, ex eo est, quia Codex Ebræo-Samaritanus, contra nostrorum fidem, [Samaritan] superaddit, quasi in Pahul Passiuo, nempe pro אֹסְרִי habet [Samaritan] *ligatus.* *f*) עִירֹה (pro quo in Ebræo Samar. est [Samaritan], cum [Samaritan], pro rariori ה) exponi potest *pullus eius*, & *vrbs eius.* Prius statuerunt LXX. *πῶλον αὐτοῦ* & Syrus, ܥܝܠܗ *pullum suum*, & Arabs, جحشه, quod idem sonat: posterius cum Samaritano respexit Onkelos vertens קַרְתֵּיהּ *ciuitas eius.* *g*) [Samaritan] *palmes*, forsan ex שׂרקה Ebr. truncatum. *h*) Ebræo-Sam. pro אֲתֹנוֹ *asina sua*, habet addito Iod [Samaritan] *roboris sui*, quia אֵיתָן *robur* & *robustus* est. Vnde intelligis, per quid interpres ad R. עמק delapsus sit, ex qua est [Samaritan] *robustus*, [Samaritan] & [Samaritan] *fortitudo*, *robur.* *i*) Op. Angl. [Samaritan] *volens*, sine dubio mendose. *k*) [Samaritan] pro Ch. Syr. חמר *vinum.* *l*) aliam formam eiusdem originis supra p. 20. declarauimus. *m*) quasi *vinosi*, aut instar vini rubentes. *n*) [Samaritan] *albus*, pro Ch. חִוָּר Syr. ܚܘܪ *albus.* *o*) Chald. תְּרַב *pinguedo*, Sam. etiam *lac*, hoc loco & Genes. XIIX. 8.

Comma 18.

* In liberatione tua expectatio mea, Domine.	[Samaritan]

Exod. III. 1. ad 6.

* Et Moses fuit pascens gregem Jethro soceri sui, sacerdotis Midian, & duxit gregem post desertum, & venit ad montem Dei, ad Horeb. * Et visus est ei Angelus Domini in flamma ignis, ex medio rubi: & vidit, & ecce rubus ardens igne, & rubus non [ille] consumtus *est*. * Et dixit Moses: diverteram nunc, & videbo visionem magnam hanc, cur non combustus sit rubus. * Et vidit Deus, quod diverterit ad videndum, & vocavit eum Deus ex medio rubi, & dixit: Moses, Moses. Et dixit, Ecce ego. * Et dixit: ne accedas subito: exue calceamentum tuum a [super] pede tuo, quia locus super quo tu	[Samaritan]

p) ܦܪܩ *liberavit*. Sam. [Samaritan] idem. inde [Samaritan] & [Samaritan] *liberatio*.
q) Ch. סַבַּר *expectavit*. r) Ch. עָאן, & sine א, עָן (vt mox Sam.) *oves, grex*, צאן Ebr. s) [Samaritan] *duxit, adduxit*. t) [Samaritan] Ebr. אַחֲרֵי, permutatis gutturalibus. u) quasi *ab in medio*, sicut מִבֵּין *ab inter*. x) נָא Sam. vertunt [Samaritan], id est, *pone, apta*: Plur. [Samaritan] supra Gen. XLV. 4. itidem pro נָא est. y) quasi *ex quo*? z) [Samaritan] *combustus est*. Targum Hier. & Ionath. Exod. IX. 9. *pustulas* vocat שְׁלְבוּקִין, tanquam *ardentes tumores*. a) [Samaritan] *rapuit*. Adverb. iisdem literis, *raptim, subito*. b) ܣܐܢ *calceavit*, Act. XII. 8. inde ܡܣܐܢ & ܡܣܐܢܐ *calceus*, sicut hoc ipso loco Syrus vertit ܡܣܐܢܝܟ *calceos tuos*.

stas,

ſtas, locus ſanctitatis ille. * Et dixit: Ego Deus patrum tuorum, Deus Abrahami, & Deus Iſaaci, & Deus Iacobi. Et texit Moſes faciem ſuam, quia timebat adſpicere ad Deum.

[Samaritan text]

Comma 13. 14.

* Et dicent mihi: quod nomen Eius? quid dicam illis? * Et dixit Deus Moſi: Ehjeh aſcher Ehjeh. Et dixit: ſic dices filiis Iſrael: Ehjeh miſit me ad vos.

[Samaritan text]

Exod. IV. 24. 25. 26.

* Et fuit in itinere in diuerſorio, & occurrit ei Dominus, & quæſiuit ad premendum eum. * Et accepit Zipora ſilicem, &

[Samaritan text]

---

c) Libri habent [Samaritan]. Caſtello auctore [Samaritan] in [Samaritan] conuertimus, quia [Samaritan] ſonat *adſpexit, intuitus eſt*: a סכל Ch. *intellexit.* d) Hæc verba, vt proprium Dei nomen, non vertit interpres noſter: nec Syrus, qui habet [Syriac]. & mox [Syriac] AIAH *miſit me ad vos.* e) ipſum Syrum [Syriac] *iter, via*, vide ſupra Gen. XXXV. 3. f) a בית Ch. *pernoctare*, eſt [Samaritan] *diuerſorium*, Syris [Syriac], tranſpoſitis literis. g) forma [Samaritan] in hoc ipſo verbo [Samaritan], eſt etiam Deut. XIII. 10. h) Anglor. caſtigatio Verſ. Latinæ habet *fortiter vrgere*, nec aliud exemplum Caſtellus dedit, quam Exod. V. 13. vbi eſt pro אוץ *premere, vrgere.* i) [Samaritan] *lapis politus & ſplendidus.* k) [Samaritan] (Pael a קים) *fœdus percuſſit* Exod. XXIII. 32. hoc loco, *feriendo abſcidit*, vt [Samaritan] Accuſatiui nota ſit, ſicut Gen. XXXVI. 24. vbi alius codex [Samaritan] indubitatum ſignum Accuſatiui, ſubſtituit.

abſcidit præputium filii ſui, & tetigit pedes eius, & dixit, quia ſponſus ex ſanguinibus tu *es* mihi. * Et deſtitit ab illa: tunc dixit: ſponſus ex ſanguinibus, propter circumciſionem.

[illegible]

Exod. XII. 1. ad 14.

* Et dixit Dominus ad Moſen & ad Aaronem in terra Ægypti, dicendo: * Menſis hic vobis caput menſium: primus iſte vobis *ſit* in menſibus anni, * Loquimini nunc cum omni eccleſia filiorum Iſrael dicendo: in decimo *die* menſis huius, [&] accipient ſibi quisque ouem ad domum patrum, ouem ad domum. * Et ſi defecerit domus, vt non ſit (*præeſſe*) ab oue (*ouis*

[illegible]

---

l) בטל Ebr. & Sam. *ceſſare*. Hinc [illegible] *res abolenda & abominanda*, deinde *præputium*. *m*) חם *ſocer*, Sam. eſt quoque *ſponſus*, *gener*, & pro חָתָן Gen. XIX. 12. ponitur. etiam alia forma [illegible] vtrumque ſignificat, h. l. *ſponſum*, c. XVIII. 1. *ſocerum*. *n*) וַיִּרֶף Ebr. *o*) [illegible] quidem vtriusque ſexus Pronomen eſt: puto tamen ad ſequiorem hic pertinere, quia pro Ebr. noſtro ממנו *ab illo*, Codex Ebræo-Sam. habet [illegible] *ab illa*. *p*) [illegible] *tunc*, etiam c. XV. 1. Conuenit cum τότε. *q*) [illegible] *circumciſio*, [illegible] *circumcidit*, Ebr. *ſecuit*. *r*) שַׁתָּא Chald. *annus*. *s*) [illegible] *ouis*, a נכס *immolauit*, vnde Syri etiam [illegible] *ouem* vocant Act. VIII. 32. *t*) [illegible], Rabb. חסר *minuit*, ex mote ס & צ permutatis. Elias tribuit [illegible] *notionem defectus*.

ſuſ-

sufficiens) & accipiet iste *vir* etiam vicinum suum, qui proximus est domui suæ, in numero animarum: quisque secundum edere suum numerabunt super agno. 5 * Agnus integer, masculus, filius anni erit vobis: ex agnis & ex capris accipietis. * Et erit vobis in custodiam usque ad quartumdecimum diem mensis hujus, & mactabunt illum omnis cœtus synagogæ filiorum Israel inter vesperas. * Et accipient de sanguine, & dabunt super duos postes, & super liminare, super domo *qualibet* quibus comedent illum. * Et comedent carnem ejus in nocte illa assam igne & *cum* azymo, cum amaris *herbis* comedent illum. * Ne comedatis ex ea crudum, aut coctum co-

[illegible]

---

w) [illegible] *peregrinum & vicinum* notat, ex גור Ebr. *peregrinari*. x) [illegible] *numerus*, Ebr. XI. 12. a מנה *numeravit*. y) Primam [illegible] cum Chald. in [illegible] mutant in Inf. & Fut. z) vide supra Gen. XXVIII. 14. a) נטר *servare, custodire*. b) נכס Syro-Chald. *mactavit*. vide Genes. XXII. 10. c) vide Gen. IX. 6. d) Chald-Syriacum. e) [illegible] idem, quod Ebr. מַשְׁקוֹף, etiam שַׁקְפָּא Onkelos. f) נורא Syro-Ch. *ignis*. g) פטיר *infermentatum* Syro-Chald. فطير Arab. idem. a R. فطر *præpropere & immature confecit*, item *subegit sine fermento massam*.

quendo

quendo in aqua; sed assum igne, caput eius cum genibus eius, & cum interiore eius.
10 * Nec reliquum facietis ex eo usque mane, ----- in igne comburetis. * Atque ita comedetis illum: lumbi vestri *sint* cincti, calcei vestri in pedibus vestris, & baculi vestri in manibus vestris, & edetis illum in festinatione: Pesach ille Domino. * Et transibo per terram Ægypti in nocte illa, & interficiam omne primogenitum in terra Ægypti, ab homine usque ad iumentum: & in omnes deos Ægypti faciam iudicia, Ego Dominus. * Et erit sanguis eius vobis in signum super domos, *in* quibus vos *eritis* [ibi] & videbo sanguinem eius, &

[illegible]

---

h) Ebræa vox, ex Arabismo explicanda: Præclare hic AbenEsra, הנא כתי יקרא בלשון ערבי نيي *caro cruda vecatur* نيي. *Arabice*, nam نيي inter alia notat *cruda fuit caro.* Onkelos etiam & Syrus eodem plane verbo, quo AbenEsra iam usus est, ille כד חי, hic ... *adhuc vivum, crudum,* transtulerunt. *i*) [illegible] pro [illegible]. vide Gen. XXXV. 2. *k*) יותר *reliquum esse.* *l*) [illegible] & [illegible] *mune.* *m*) Spacium est in sola versione: Cod. Ebræo-Sam. integre [illegible] *& relictum ex illo ad mane.* *n*) יקד *arsit.* Ebr. *o*) [illegible] *lumbi,* quasi ex חלצים, liquida & gutturali permutatis, Castell. *p*) [illegible] pro אסר *ligavit, cinxit.* *q*) [illegible] ex Ebr. מקל *baculus*, aphæresis. *r*) Angl. [illegible] *in manibus illorum.* *s*) [illegible] *festinatio.* Chald. זרז *accinxit, festinavit.* *t*) Angl. [illegible] *& transiit.* Tamen Ebr. Sam. [illegible] *& transibo.*

transibo

transibo super vos, & non erit in vobis plaga in læsionem in interficere me (*cum interficiam*) in terra Ægypti. * Et erit dies hic vobis in memoriale, & celebrabitis hoc festum Domino in generationes vestras: decreto seculi celebrabitis illud.

[illegible]

Comma 40.

* Et habitatio filiorum Israel & patrum eorum, qua habitarunt in terra Canaan [&] in terra Ægypti, *fuit* triginta annorum, & quadringentorum annorum.

[illegible]

---

u) [illegible] *plaga*, Ebr. נגף *percussit*. *x*) חבר Ch. Syr. *læsit*. inde *læsionem* malunt Angli, quam *perditionem* Paris. *y*) זכרון Ebr. *z*) [illegible] & [illegible] *decretum*. Chald. & Rabb. גזירה idem. *a*) libri habent [illegible], sed in repetitione comm. 17. est [illegible]. Nec aliud suadet Ebræo-Sam. qui etiam comm. 14. habet [illegible] *statuo seculi* seu *æterno*. *b*) verba. *& patrum eorum*, item, *in terra Canaan &*, Ebr. Chald. Syrus, Arabs ignorant; at Ebræo-Sam. ita: [illegible] & *commoratio filiorum Israel & patrum eorum, quam habitauerunt in terra Canaan & in terra Ægypti, triginta annorum* fuit *& quadringentorum annorum*. LXX. quoque habent καὶ ἐν γῇ Χαναάν, quibus verbis libri quidam addunt, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν. Hanc Samar. & Græc. lectionem Lud. Cappellus Crit. S. lib. III. c. 20. IV. 10. & 17. præfert scripturæ nostrorum codicum propter chronologiæ expeditas rationes; cui respondit Buxtorfius Anticrit. P. II. c. 7. *c*) Angli spacium aliquod punctis supplerunt: nihil autem abesse video, quam [illegible] Præfixum. *d*) [illegible] *centum*, tam pro simplici מֵאָה, Gen. VI. 3. XI. 10. &c. quam multiplicato מֵאוֹת, Gen. V. 7. 8. 10. &c.

Exod. XIV. 19. 20. 21. 22.

* Et profectus est Angelus Dei, veniens ante castra Israel, & iuit post eos: & profecta est columna nubis ante ipsos, & stetit post ipsos. * Et ingressa est inter castra Ægyptiorum, & inter castra Israel, & fuit nubes obscurans, & *tamen* illuminans noctem, & non appropinquarunt hic ad istum tota nocte. * Et extendit Moses manum suam super mare: & deduxit Dominus ex mari per ventum orientis validum tota nocte: & positum est de mari in siccitatem, & divisæ sunt aquæ. * Et ingressi sunt filii Israel per medium maris in sicco per aridum, & mare illis *fuit* munimentum a dextra illorum & a sinistra illorum.

[illegible]

---

e) vide Gen. XLVI. 1. *f*) מַשְׁרִית Chald. Syr. *castra, mansio*, quia שרא etiam *habitare* notat. *g*) Geminatum verbum ܥܠ *ingredi, subire*, & ࠀ vocalem *A* designat. Syrus pariter hoc loco ܘܥܠ, & Onk. וְעַל *& ingressa est*. *h*) ex נור Ch. Syr. *ignis*, aut Ebr. ניר vel נֵר *lucerna* verbum hoc explicandum, sicut Arabibus superstes est نَارَ *splenduit*. *i*) ࠍࠈࠄ *extendit*. *k*) הֵיבֵל & אוֹבִיל Ch. *adduxit & deduxit*. *l*) קִדּוּם Ch. *oriens, orientalis plaga, Eurus*. *m*) ࠍࠂࠁ *siccitas*, Ch. נְגַב *aruit*. Hinc Ebr. נֶגֶב *meridies, Auster* propter siccitatem. *n*) Ch. מְצַע *medium*, hic autem vel extrusum est ࠈ, vel in ࠄ conuersum. *o*) ࠇࠎࠍ *munitio, murus*, חֲסַן Ch. Syr. *munitum & robustum esse, corroborari*.

Exodi

Exodi XVI. 14. 15.

* Et ascendit stratum roris, & ecce super faciem deserti minutum splendescens, minutum sicut fauilla super terram. * Et viderunt filii Israel, & dixerunt quisque ad fratrem suum, quid hoc? quia non sciuerunt, quid hoc *esset*. Et dixit Moses eis: Hic panis *est*, quem dedit Dominus vobis ad edendum.

[illegible]

Exod. XX. 1. ad 17.

* Et locutus est Deus omnia verba hæc, dicendo: * Ego Dominus Deus tuus, qui egredi-feci te ex terra Ægypti, ex domo seruorum. * Non erit tibi dii alieni (*vllus deorum*) coram me. * Non facies tibi sculptile, & (*aut*) vllam similitudiné *eorum*, quæ in cælo superne, aut quæ in terra infra, aut quæ in aquis subter terram. * Non incuruabis te illis,

[illegible]

---

p) retinet interpres, quod in Ebræo est. q) דקק *minuere.* r) Chald. כְּצַץ, & geminata litera כצנץ, *splenduit, scintillauit.* s) [illegible] Exod IX. 8. 10. pro *fauilla & cinere* positum. t) נפק *egredi.* u) [illegible] *alius, alter*, ex Chald. חוֹרָן, quod per aphæresin dicitur pro אָחֳרָן vel אוֹחֳרָן *alius.* x) apocope; vsitata etiam Chaldæis in hac voce. y) [illegible] perinde ac Chald. cum seruili semper jungitur, & habet [illegible] *notionem* INFRA, vt Elias in Thisbi scripsit. Hinc [illegible] *inferiores*, Gen. VI. 16. z) סגד Ch. & Syre, etiam سجد Arab. *procubuit reuerentiæ caussa.*

neque

neque ministrabis illis, quia ego Dominus Deus tuus, Deus zelotes, visitans peccatum patrum super filios, & super tertios & super quartos; in odio habentibus me. * Et faciens misericordiam in millia, diligentibus me, & seruantibus præcepta mea. * Non feres nomen Domini Dei tui frustra, quia non innocentem habebit Dominus *eum*, qui feret nomen eius frustra. Serua diem Sabbati ad sanctificandum illum: sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum: 10 * Et dies septimus sabbatum *est* Domino Deo tuo; non facies in eo vllum opus, tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus & ancilla tua ...... & aduena tuus, qui in ciuitatibus tuis *est*. * quia sex diebus

[illegible]

---

a) [illegible] pro חוב Chald. *peccatum*, propriè *debitum*. b) ܦܘܩܕܢܐ *mandatum*, פקד Ch. Syr. *præcepit*. c) Samaritæ Radice [illegible] ita vtuntur, vt Ebr. בִּשֵּׂר, & totidem fere illi significationes tribuunt, quot Ebræa vox בשׂר habet. adde dicta supra pag. 6. d) מַגָּן Ch. & ܡܓܢ Syr. *gratis, frustra*. e) זכי Chald. *iustum & innocentem esse*, in Pael *innocentem habere, impune dimittere*. f) נטר *seruare, obseruare*. g) dicunt [illegible] & [illegible] *sex*. h) hiatus arguit vocem [illegible] *iumentum tuum*, quam codex Ebræo-Sam. habet; in versione autem non apparet. i) Chald. גִּיּוֹרָא, Syrè ܓܝܘܪܐ *advena, peregrinus, proselytus*. k) Angl. Castigatio: *in ciuitatibus tuis*. [illegible] *ciuitas* est,

fecit

fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omne, quod in illis *est*, & quieuit in die septimo: idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificauit illum. * Honora patrem tuum, & matrem tuam: propterea vt prolongent dies tuos super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. * Non occides. * Non mœchaberis. 15 * Non furaberis. * Non testaberis in socium tuum testimonium mendacii. * Non concupisces domum socii tui, nec concupisces vxorem socii tui, agrum eius, seruum eiu & ancillam eius, bouem eius & asinum eius, & omne, quod socii tui *est*.

[Samaritan text]

Gen. XIII. 12. XIX. 29. &c. sed etiam alibi pro *porta* vsurpatur.
Gen. XXII. 17. [Samaritan] Ebr. שַׁעַר אֹיְבָיו *porta inimico-*
rum suorum. Originem habet ex קִרְיָה, Ebr. *vrbs*, *ciuitas*. *l*)
[Samaritan] Aphel ex נוח *quiescere*, retinens primæ Coniugationis si-
gnificationem. *m*) יקר *grauem*, *pretiosum*, & per tralationem,
honorabilem esse: in Pael & Aphel *honorare*. *n*) בְּדִיל Chald.
ob, *propter*, *propterea vt*, &c. *o*) [Syriac] (media Wau) *mœchatus est*,
adulterauit, Matth. V. 28. XIX. 9. &c. *p*) Aphel excluso [Samaritan], pro
[Samaritan]. nam סהד Ch. Syr. *testari*. *q*) [Samaritan] loco [Samaritan], quia non
solum [Samaritan] sed etiam [Samaritan] Sam. est *testari*. Ceterum apocope
nominis, quod hoc loco legitur, Syro-Chaldæis vsitatissima est.
r) [Syriac] *ager*, vox Act. I. 19. etiam Græcis literis scripta: [Samaritan] pro [Samaritan]
ex consuetudine. *s*) תור Ch. Syr. *bos*, שׁוֹר Ebr.

Peri-

* *Pericope Exod. XX. inter commata 17. & 18. a Samaritanis posita, ex Deut. XXVII. 2. seqq. XI. 30. paucis mutatis.*

* Et erit, cum induxerit te Dominus Deus tuus in terram Canaanitæ, in quam tu veniens ad possidendum eam; & eriges tibi lapides magnos, & oblines illos calce, & scribes super lapides omnia verba legis huius. * Et erit in transeundo vos Iordanem, erigetis lapides illos, *de* quibus ego præcipio vobis hodie, in monte Garizim: & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, altare lapidum, non eleuabitur super illos ferrum: *ex* lapidibus integris (*rudibus*) ædificabis altare Domini Dei tui. * Et offeres super illo holocausta Domino Deo tuo, & sacrificabis pacifica (*eucharistica*) & comedes ibi & lætaberis coram Domino Deo tuo. * Mons iste *est* trans Iordanem, post viam *versus* occasum solis in terra Canaanitæ, habitantis in planitie, e regione Gilgal, iux-

Textus Ebræo-Samaritanus.

t) Hinc caussam vides, cur pericopen hanc insuerint Samaritæ ex Deut. XXVII. Ibi comma 4. pro monte *Ebal* substituerant *Garizim*, in quo templum & sacra sua habuerunt, quæ verbi identidem inculcare studuerunt, vt auctoritatem suis sacris conciliarent.

u) Hæc ex Deut. XI. 30. desumta, præter illud de *Sichem*, quod loci no-

ta

ta quercum More, e regione Sichem. [Samaritan text]

‡ Addunt eodem Cap. ad comma 19. pericopen ex Deut. V. 24. 25. 26. 27. paucis mutatis; & post comma 21. ex Deut. V. 28. 29. XIIX. 18. seqq. quæ exscribere nihil attinet, sicut nec Versionem Samaritanam allatæ pericopes visum fuit adiungere.

Exod. XX. 24.

* Et in loco, quo memorare feci nomen meum [ibi,] veniam ad te, & benedicam tibi. [Samaritan text]

Exod. XXII. 28.

* Deos non vilipendes, & principi in populo tuo non maledices. [Samaritan text]

Exod. XXXII. 1. 2. 3. 4. 5.

* Et vidit populus, quod moretur Moses descendere de monte; & congregauit *se* populus ad Aaronem, & dixerunt ei: Surge, fac nobis deos, qui ibunt ad placitum nostrū, [Samaritan text]

---

men addiderunt ideo, quia *Sichem* ex primis sedibus Synagogæ Samariticæ fuit. *x*) ex זכר Ebr. *y*) [Samaritan text] alias *Cum*, hoc loco Accusatiui nota, quia את utrumque notat. Adde Exod. IV. 25. XIV. 20. *z*) אתה *venit.* *a*) נשׂיא Ebr. *b*) eodem verbo Syrus & Onkelos hoc loco vtuntur, ܠܛ ille, hic לוט . תלוט enim est *maledicere.* *c*) [Samaritan text] (Chald. שהה *moratus, cunctatus est.* [Samaritan text] pro [Samaritan text] etiam in Anglicano. *d*) vide supra p. 16. *e*) Chald. הוך *ire, venire.* Gen. XXII. 13. [Samaritan text] *& iuit* Abraham, Exod. III. 21. [Samaritan text] *quando ibitis, non ibitis vacui,* תלכו Ebr. *f*) vide ad Gen. VIII. 21.

quia

quia hic Moses, vir, qui ascendere fecit nos ex terra Ægypti, non scimus, quid fuerit ei. * Et dixit illis Aaron: rumpite inaures auri, quæ in auribus mulierum vestrarum, filiorum vestrorum & filiarum vestrarum, & afferte ad me. * Et abruperunt omnis populus inaures auri, quæ in auribus suis, & adduxerunt ad Aaronem. * Et accepit ex manibus ipsorum, & figurauit illud in instrumento-fusorio, & fecit illud vitulum fusionis. Et dixerunt: Hi dii tui, Israel, qui ascendere fecerunt te ex terra Ægypti. * Et metuit Aaron, & ædificauit altare coram illo, & vocauit Aaron & dixit: Festum Domini cras.

[illegible]

---

g) [illegible] *inauris.* Etiam Syrus hoc loco [illegible], & Onkelos קְדָשֵׁי, sequente *auri* nomine. Ita rem *sanctam ac deuotam* habuerunt *inaures.* h) [illegible] *recessit, amotus est*, Aphel *adduxit, introduxit*, i) Angl. [illegible] *quæ in auribus vestris*, mendose. k) ex אתה *venit*, Aphel. l) צור Ebr. etiam *formare, figurare*: Syris Gal. III. 1. idem: & hoc loco [illegible] *formauit illud.* m) [illegible] *immisit, proiecit*, inde [illegible] *forma, instrumentum fusorium*, in quod iniicitur (infunditur) metallum liquefactum. Conuenit cum [illegible] *bene concinnauit.* n) R. נסך sæpe explicata. o) Ebr. וַיַּרְא *& vidit*, Onk. חֲזָא *vidit*, LXX. ἰδών: noster remotis vel mutatis punctis legit וַיִּרָא *& timuit*, atque ita etiam Syrus eodem, quo noster, verbo [illegible] *& timuit.*

Comma

Comma 31.32.33.34.

* Et reuertit Moses ad Dominum, & dixit: Ecce reus factus est populus hic peccati magni, & fecerunt sibi deos auri. * Et nunc, si leuabis peccatum eorum, leua: & si non, dele me ex libro tuo, quem scripsisti. * Et dixit Dominus ad Mosen: quicunque peccauit in me, delebo illum ex libro meo. * Et nunc abi, duc populum, secundùm quod locutus sum tibi. Et ecce legatus meus ibit ante te, & in die recordari me, (*quo recordabor,*) [&] recordabor super ipsis peccatum illorum.

[Samaritan text]

Exod. XXXIII. 17. *ad* 22.

* Et dixit Dominus ad Mosen: etiam verbum hoc, quod

[Samaritan text]

---

p) ∇ pro [Samaritan], חזר *rediit.* *q*) itidem ∇ loco, ח ex חוב *debere, peccare.* *r*) חובה, vt modo diximus. *s*) vide supra ad Genes. IV. 7. *t*) מחק *radere, delere*, semel in Ebr. occurrit Jud. V. 26; Arabibus autem مَحَقَ eiusdem notionis vsitatum, nec Syris & Chaldæis ignotum. *u*) [Samaritan] *duxit, traxit*; etiam Syro-Chald. *x*) [Samaritan] pro מלאך, etiam Exod. XXIII. 20. 23. at c. XXXIII. 2. [Samaritan], quod est ipsum Syr. ܫܠܝܚܐ *apostolus.* *y*) supra comm. 1. p. 37. *z*) Infin. Aphel, in statu Affixionis Syro-Chaldæo: ex דכר, quod pro זכר Ebr. est.

dixisti, faciam, quia inuenisti gratiā in oculis meis, & agnoscam te in nomine. * Et dixit: ostende mihi, quæso, gloriam tuam. * Et dixit: Ego transire-faciam omnem bonitatem meam super faciem tuam, & vocabo in nomine Domini corā te, & propitiabor, cui propitiabor; & miserebor, cuius miserebor. *
20 Et dixit: Non poteris videre faciem meam, quia non videbit me homo, & viuet. * Et dixit Dominus: Ecce locus *est* mecum, & constitueris super petram. * Et erit cum transibit (*in transire*) gloria me, [&] ponam te in foramine petræ, & quiescere-faciam manum meam super te, adusque transire me (*transiero.*) * Et remouebō ma-

---

a) Sam. [Samaritan] *inuenit*, Gen. IV. 14. (ex Syro [Syriac]) & frequentius [Samaritan] Gen. XXX. 27. XXXIII. 10. XLVII. 29. *b*) [Samaritan] *gratia*. in locis iam dictis pro חן cum [Samaritan] coniungitur. *c*) [Samaritan] *misertus est*, Chald. [illegible] *dimisit* ex gratia & clementia. *d*) [Samaritan] (Aphel ex יחי, quod per metathesin pro חיה *vivificavit*, & Ethp. [Samaritan] *vixit*. *e*) [Samaritan] *rupes*, *petra*, a robore & firmitudine dicta. חקף *robustum esse*. *f*) [Samaritan] *posuit*. *g*) [Samaritan] idem quod Chald. נְקִירָא *foramen*, ex Peil [Syriac] *effossus*, quod Matth. XXVII. 60. habetur. *h*) שְׁדַךְ Chald. *quievit*, in Pael & Aphel *quietum reddidit*. *i*) סְטַה *recessit*, supra sæpius notatum.

num

num meam, & anteriora non videbuntur.

Exodi XXXIV. 5. 6. 7.

* Eſt reuelavit-ſe Dominus in nube, & conſtitutus fuit cum eo ibi: & vocauit in Nomine · · · · · * Et tranſiit Dominus ſuperfacies eius, & clamauit: Domine, Domine, Deus miſericors, & clemens, longinquus *ab* ira, & multus gratia & veritate. * Servans miſericordiam in millia, leuans debitum, & iniquitatem, & peccatum, & innocens ei innocens erit: viſitans peccatum patrum ſuper filios, & ſuper filios filiorum, & ſuper tertios & quartos.

---

k) ܒܳܬܰܪ *poſt*, etiam apud Samaritanos: hic, vt ſequens … *ante*, *coram*, nominaſcit. *l*) … *deſcendere fecit*, *reuelavit ſe*, Aphel ex … (pro נחת) *deſcendit*. *m*) deeſt Tetragrammaton. *n*) רַחֲמָן Ch. *miſericors*. *o*) … *miſericors*. adde dicta pag. praeced. ad cap. XXXIII. 19. *p*) … *ira*, Chald. *q*) vide pag. 4. *r*) Angl. … *s*) pro litera … ſola Codex alius … Ebraeo-Samar. … *ei*: noſter Ebraeus לא *non*. Verſio Lat. Op. Angl. *cui innocens innocens erit*. Syrus Ebraeum noſtrum preſſius, quam ceteri interpretes, perſequitur, ܘܡܙܟܐ ܠܐ ܡܙܟܐ *& iuſtificando non iuſtificans*. *t*) מסר aliàs *tradidit*, *prodidit*, Sam. *viſitauit*, puta, ad puniendum. Sic quoque Deut. V. 9. … *viſitans iniquitatem*, Ebr. פקד, ſicut Samaritanus etiam Exod. XX. 5. eandem ſententiam per … expreſſit.

Levit. XI. 45.

* Ego Dominus Deus vester, ascendere-faciens vos ex terra Ægypti, vt sim (*ad esse*) vobis in Deum, & sitis sancti, quia sanctus Ego.

[Samaritan text]

Levit. XVI. 20. 21. 22.

* Et finiet *Aaron* expiare sanctuarium, & tabernaculum conventus, & altare: & appropinquare-faciet hircũ viuentem. * Et fulciet Aaron ambas manus suas super caput hirci viventis, & confitebitur super ipsum omnia debita (*peccata*) filiorum Israel, & omnes præuaricationes eorum, secundum omne peccatum eorum: & dabit illa super caput hirci, & emittetur *ille* per manum viri parati in desertum. * Et portabit hircus super se omnia peccata eorum in terram ad separationem: & dimittet hircum in deserto.

[Samaritan text]

u) Ebræus noster hanc vocem non habet, neque Onkelos, neque Græci: at Ebræo-Sam. addidit [Samaritan text], & Syrus ܐܠܗܟܘܢ *Deus vester.* *x*) perperam scriptum & editum fuit [Samaritan text] pro [Samaritan text], quod etiam Morinus notauit. *y*) [Samaritan text] *finiuit, absoluit,* Chald. *numerauit.* *z*) Chald. צְפִירָא *hircus*, ܨܦܝܪܐ Syre. *a*) vide supra p. 7. ad Gen. VIII. 21. *b*) retinuit interpres vocem Ebræam, vt nec Tempus, nec Coniunctionis vim conuersiuam immutarit. *c*) חוב, vt sæpe dictum. *d*) עִתִּד Ebr. *præparauit.* *e*) vox Ebræi textus, cui interpres [Samaritan text] præfixit de suo.

Levit. XIX. 1.2.3.4.

* Et locutus est Dominus cum Mose, dicendo:* Loquere cum omni congregatione filiorum Israel, & dices illis: sancti eritis, quia sanctus ego Dominus Deus vester. * Unusquisque matrem suam & patrem suum timebitis: & sabbata mea seruabitis. Ego Dominus Deus vester. * Non respicietis ad idola, & deos fusionis (*fusiles*) non facietis vobis. Ego Dominus Deus vester.

Commata 9.10.11.12.

*Et in metere vos (*cum messueritis*) messem terræ vestræ, non consummabis angulum agri tui metendo, & spicilegium messis tuæ non colliges. *Et vineam tuam non racemabis, & granum vineæ tuæ non colliges: pauperi & peregrino relinques illa, Ego Dominus Deus tuus. *Non furabimini, non mentiemini, neque frauda-

---

f) [Samaritan] *sabbatum*, Pl. [Samaritan] & [Samaritan], Ebr. ת utroque Numero eliso. *g*) כנטר, sæpe supra. *h*) Ebræa vox, terminatio Chaldæa. Syrus hoc loco bene, [Syriac] *dæmones*. *i*) חֲצַד, [Syriac] *messuit*. inde Nomen [Samaritan], quod mox sequitur, & [Gen. VIII. 22.] [Samaritan] *messis*. *k*) vid. Levit. XVI. 20. *l*) vox eadem, quæ in Ebræo. *m*) [Syriac] *ager*, vide p. 35. *n*) Ebr. לֶקֶט *spicilegium*. *o*) vide Ebræum. *p*) [Samaritan] *pauper*, [Samaritan] *afflixit*. *q*) Syro-Ch. vide p. 34. *r*) כזב Ebr.

 bitis

bitis quisque socium suum. *Nec iurabitis in nomine meo in falsum, & [*non*] profanabis nomen Dei tui: Ego Dominus.

[illegible]

Comma 18.

* Non vlcisceris, nec obseruabis filios populi tui: & diliges socium tuum sicut te: Ego Dominus.

[illegible]

Comma 32.33.34.

* Coram canitie surges, & honorabis faciem senis, & timebis a Deo tuo; Ego Dominus. * Et si peregrinabitur vobiscum peregrinus, in terra vestra, non defraudabitis eum. *Sicut indigena ex vobis, erit vobis peregrinus, qui peregrinus vobiscũ *est*: & diliges eum sicut te, quia peregrini fui-

[illegible]

---

s) [illegible] comm. 32. *stabis*, *surges*; hic *vlcisceris*, quia Ebr. est תִקֹּם, pro quo Ebræo-Sam. habet [illegible], [illegible] expresso. *t*) [illegible] loco [illegible], sicut comm. 11. cum [illegible] scriptum fuit. *u*) ܐܝܟ *sicut*. *x*) סִיבוּ & סִיבוּתָא Chald. *senectus*, *canities*, סוב *senescere*. *y*) [illegible] *senex*, (Syre *sapiens*) quia cum senibus sapientia. Plur. [illegible] *ætas senilis*, Gen. XXXVII. 3. *z*) [illegible] *peregrinatus est*, a יתב vel ישב *habitauit*. *a*) Ebr. תוֹנוּ, Onkelos תוֹנוּן, vt noster: Syrus ܬܥܠܒܘܢܝܗܝ *iniuria afficietis eum*. R. ... Kimchio habet præcipue עניין קנית ממון אחרים כדרך מקח וממכר *notionem rapiendi alienas opes per modum emtionis aut venditionis*. etiam generatim *oppressit*, *circumuenit*, *populatus est*. *b*) [illegible] & [illegible] *indigena*. Onkelos יַצִיבָא habet. *c*) interpres Ebræum הַגָּר *peregrinans*, arripuit pro הַגֵּר *peregrinus*.

stis

stis in terra Ægypti: Ego Dominus Deus vester.

ࠁࠀࠓࠑ ·ࠌࠑࠓࠉࠌ: ࠀࠍࠊࠉ ·ࠉࠄࠅࠄ
ࠀࠋࠄࠉࠊࠌ:

Numer. VI. 22. ad 27.

* Et locutus est Dominus cum Mose, dicendo: * Loquere cum Aarone, & cum filiis eius, dicendo: sic benedicetis filiis Israel, dicendo illis: * Benedicet tibi Dominus, & custodiet te: * Lucere faciet Dominus benevolentiam suam ad te, & miserebitur tui. * Elevabit Dominus faciem suã ad te, & ponet tibi pacem. * Et ponite nomen meum super filios Israel; & ego benedicam illis.

*ࠅࠉࠃࠁࠓ·ࠉࠄࠅࠄ·ࠀࠋ·ࠌࠔࠄ
ࠋࠀࠌࠓ: * ࠃࠁࠓ ·ࠀࠋ ·ࠀࠄࠓࠍ·
ࠅࠀࠋ ·ࠁࠍࠉࠅ·ࠋࠀࠌࠓ· ࠊࠄ ࠕࠁ
ࠓࠊࠅ ·ࠀࠕ ·ࠁࠍࠉ ·ࠉࠔࠓࠀࠋ ·ࠀࠌࠓ d
ࠋࠄࠌ: * ࠉࠁࠓࠊࠊ ·ࠉࠄࠅࠄ ·ࠅࠉ
ࠔࠌࠓࠊ: * e ࠉࠀࠓ ·ࠉࠄࠅࠄ ·ࠐࠍࠉࠅ f
ࠀࠋࠉࠊ g ·ࠅࠉࠇࠍࠊ: * ࠉࠔࠀ ·ࠉࠄࠅࠄ
ࠐࠍࠉࠅ ·ࠀࠋࠉࠊ ·ࠅࠉࠔࠌ ·ࠋࠊ
ࠔࠋࠅࠌ: * h ࠅࠔࠌࠅ ·ࠀࠕ ·ࠔࠌࠉ ·ࠏࠋ
ࠁࠍࠉ ·ࠉࠔࠓࠀࠋ ·ࠅࠀࠍࠉ ·ࠀࠁࠓࠊࠌ:

Numer. X. 35. 36.

* Et fuit, in proficiscendo arcam, & dixit Moses: Surge Domine, & dispergentur inimici tui, & fugient osores tui

*ࠅࠉࠄࠉ ·ࠁࠍࠎࠏ i ·ࠄࠀࠓࠍ k ·ࠅࠉࠀࠌࠓ
ࠌࠔࠄ: ࠒࠅࠌࠄ ·ࠉࠄࠅࠄ l ·ࠅࠉࠐࠑࠅ
ࠀࠉࠁࠉࠊ ·ࠅࠉࠍࠎࠅ ·ࠌࠔࠍࠀࠉࠊ ·ࠌࠐࠍࠉࠊ

---

d) Ebr. אמור Inf. plene scriptus, sicut Masora h. l. notauit ג׳ מלין, *tribus locis plene*, seu cum ו, *scribi*, quæ ibidem recensentur. At Ebræo-Sam. defectiue ࠀࠌࠓ, quod imposuit interpreti. e) vide supra Exod. XIV. 20. f) supra Gen. VIII. 21; Exod. XXXII. 1. g) vide Exod. XXXIII. 19. h) Ebr. ושמו (cum ו׳ הדיבוק) *& ponent*: Ebræo-Sam. ࠅࠔࠌࠅ *& ponite*, quem interpres Sam. secutus est. Ac ceteri in III. Pl. Futuri, LXX. καὶ ἐπιθήσουσι, Onkelos וישוון, Syrus ܘܢܣܝܡܘܢ *& ponent*. Arabs propius accedit Samaritano mutata Fut. Persona, فتتلوا *& meditabimini, recitabitis*. i) ࠋࠍࠎࠏ *proficisci*, vide p. 22. k) Ebr. ארון, Onkelos ארונא *arca*. l) בדר *dispersit* Ch. Syre, aut ergo h. l. Peal intransitiuum, aut ࠀ elapsum, Passiui character.

ante

* Hoc decretum legis, quam praecepit Dominus dicendo: Loquere cum filiis Israel, & accipient (*adducent*) ad te vaccam rufam, integram, in qua non est vitium, & super quam non ascendit iugum. * Et dabitis illam ad Eleasarem sacerdotem, & educet illam procul extra castra: & mactabit *mactans* illam coram ipso. * Et sumet Eleasar sacerdos de sanguine eius in digito suo, & adsperget contra faciem tentorii conuentus de sanguine septem vicibus. * Et comburet vaccam in oculis illius, pellem eius, & carnem eius & sanguinem eius super fimo eius comburet.

[Samaritan]

---

r) vide supra pag. 31. *u*) pro Ebr. תּוֹרַת, Sam. etiam alia forma dicunt [Samaritan], & [Samaritan]. *x*) Syrus ܣܘܡܩܬܐ, Onk. סְמוּקְתָּא, nam סְמַק *rubuit*, סָמוֹק *rufus*. *y*) ܢܝܪܐ *iugum aratorium*. Etiam נִירָא Onkelos. *z*) abundantia Praefixorum cum Syro ܠܗܠ *procul, vltra*. noster commate 9. & passim alibi [Samaritan], sine ܠܗܠ, ex בַּר vel בְּרָא *foris*. *a*) [Samaritan] *adspersit*, ex Hiphil הִזָּה (R. נזה) sibilante ז in [Samaritan], vt moris est, commutato. *b*) [Samaritan] & [Samaritan] *e regione, ex aduerso*. *c*) ex ܙܒܢ, זְמַן *tempus*. *d*) ܡܫܟܐ *pellis, corium*, Matth. III. 4. Ebr. XI. 37. *e*) [Samaritan] *fimus*, conuenit Syrum ܦܪܬܐ (per ת) quod idem est, etiam hoc loco ab interprete vsurpatum. *f*) nisi subreptitium [Samaritan] est, Passiui character, (nam Ebraeus & Ebraeo-Sam. יִשְׂרֹף, Onk. יוֹקִיד, Syrus ܢܘܩܕ, omnes Actiue, *comburet*) [Samaritan], vt אֵת Ebraeum, cum Pass. Verbo Nominatiui nota erit.

Comma 9.

* Et colliget vir mundus cinerem vaccæ, & reponat extra castra in loco mundo, & erit ecclesiæ filiorum Israel in custodiam pro aqua reparationis. Sacrificium propitiatorium ipsa.

[Samaritan text]

Numer. XXI. 5. 6. 7. 8. 9.

* Et locutus est populus in Deum & in Mosen: Quare egredi-fecisti nos ex Ægypto, ad moriendum in deserto, quia non est panis, & non est aqua, & anima nostra aspernatur panem, qui leuissimus est. * Et misit Dominus in populum serpentes vrentes, & momorderunt ex populo, & mortuus est populus multus ex Israele. * Et venit populus ad Mosen, & dixerunt: peccauimus, dum locuti sumus in Deum & in te. Precare Deum, & remouebit a nobis serpentem. Et precatus est Moses propter populum.

[Samaritan text]

---

g) [Samaritan text] *cinis*, [Samaritan text] *pulvis*. Onk. hoc loco קִטְמָא *cinis*. h) cum חַטָּאת *sacrificium pro peccatis* notat, Sam. sæpe [Samaritan text], id est, *propitiatio*, *expiatio*, vertitur, Exod. XXIX. 14. 36. &c. alibi tamen [Samaritan text] & [Samaritan text] retinetur, vt Lev. IV. 24. V. 9, 11. 12. &c. i) Aphel [Samaritan text] *spreuit*, quasi per metathesin ex קוּץ *tædere*. k) Ebr. vox קְלֹקֵל cum א prosthetico. l) נְכַת Chald. & Syr. momordit. m) vide supra p. 15. n) Chald. בְּדִיל *propter*.

58 * Et

8. * Et dixit Dominus ad Mosen: fac tibi ignitum *serpentem*, & pone illum super signo: & erit, omnis qui morsus *est*, & videbit illum, [&] viuet. * Et fecit Moses serpentem æris, & posuit eum super signo. Et erit, si momorderit serpens hominem, & adspexerit ad serpentem æris, [&] viuet.

[Samaritan text]

Numer. XXIII. 9. 10.

* Ecce populus solus habitabit, & in gentibus non reputabitur. * Quis numerauit puluerem Iacobi, & quis numerabit quartam partem Israelis?

[Samaritan text]

---

o) ex Ebr. יקד *arsit*, [Samaritan text] *ardens, fumans, ignitus.* Gen. XV. 17. respondet Ebræo עָשָׁן *fumus*; hîc subauditur *serpens*, vt in שָׂרָף Ebr. p) [Samaritan text] *signum, vexillum*, a Ch. סְכָה *speculatus est*, quod signa in oculis feruntur. q) a קוּם Aphel [Samaritan text] *vixit*, [Samaritan text] *viuus*: adde dicta p. 7. ad Gen. VIII. 21. r) prior vox est Ebr. נָחָשׁ *serpens*, p. sterior Syro-Ch. ܢܚܫܐ *æs*. s) est Ebr. Piel, שַׁוָּה *posuit*, pro quo sæpius [Samaritan text] Samaritæ vsurpant. t) vide ad Exod. III. 6. u) potest verti, *ad æs serpentum*, vel *ad serpentem ærum*, Pl. x) vide Gen. XXXII. 24. y) scriptum & editum est [Samaritan text], quod in Animadv. Lat. Vers. Angl. Op. *eloquetur* expositum est, forsan, vt ad תנה referri debeat. Plane vero assentior Morino, cui legendum videtur [Samaritan text], saltem [Samaritan text] *numerabit, enarrabit.* z) Animadv. Angl. *accubitum eius*, quia רבע, pro רבץ, est Syro-Chald. Sed omnes literæ etiam in Ebr. occurrunt, רֹבַע *quarta pars*, Syr. ܪܘܒܥܗ idem, cum Affixo pleonastico: Onkelos חֲדָא מֵאַרְבַּע מַשְׁרִיָתָא *una ex quatuor castris* Israelis. Ebræo-Sam. pro אֵת ante רבע habet [Samaritan text] Præpositionem hoc modo: [Samaritan text], quod in Regiis versum est, *& numerabit sobolem.* Potes etiam ita: *& numerum ex quarta parte.*

Moriatur anima mea mortibus *iorum* laudatis, & sit finis meus ficut eius.

[Samaritan text]

Comma 21.

* Non adspexit peccatum in Jacob, nec vidit præuaricationem in Israel. Dominus Deus eius cum eo: & strepitus Regis in eo.

[Samaritan text]

Numer. XXIV. 15. 16. 17. 18. 19.

*Et sustulit parabolam suam, & dixit: fidelis Bileam, filius ipsius Beor, & fidelis vir obtu-

[Samaritan text]

---

a) Interpres Jod in ישרים ad præcedentem vocem reiecit. Animadversi. Angl. *mortibus cantantibus*: malo Participium in Præterito, quod Passiuam vim habet, exponi. Error vero solius interpretis est, nam Ebræo-Samar. sicut noster, [Samaritan text] *morte rectorum*. *b*) ex עקב *calx*, *extremitas*. *c*) Vers. Lat. Angl. *adspexi*, Ebræo-Sam. [Samaritan text], quod Fut. & Præteritum esse potest. Sed quia Ebr. est הִבִּיט, & sequens רָאָה & interpretis [Samaritan text] *vidit*, III. Personam signat, ad eandem verbum [Samaritan text] referre placuit, quamuis Onkelos אסתכלית, & Syrus [Syriac text] *video*, transtulerant. *d*) etiam h. l. Castellus exponit *præuaricationem*, aliàs *vinum* & *lanam* notat. *e*) שמע, *ἀκοή*, *sonus*. *f*) plane, vt Ebræus noster, וַיִּשָּׂא מְשָׁלוֹ *&* *tulit parabolam suam*. *g*) Ebr. נאם *dictum*. [Samaritan text] autem est *fidus*, *fidelis*, Num. XII. 7. Deut. XXXII. 4. *h*) Castello *obturatus*, *occlusus*, qui confert cum [Arabic text] quod in II. Conj. est *obturare*, *capistrare*, & ita Ebr. שתם à Vulgato *obturatus*, ab Ar. Mont. *occlusus* vertitur. AbenEsra bene de voce hac, אין לו אח *non habet fratrem*, seu exemplum eiusdem originis, vnde explicari possit. In his autem dandum aliquid est vetustis interpretibus: LXX. ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν, Onkelos pariter ratus:

tatus visione. * Fidelis auditu sermonis Dei, & sciens scientiam Altissimi: visionem campestrem videbit, cadere *se* faciens & discoopertus visionibus *Videbo illum, & (*sed*) non iam: laudabo eum, & non propinquus *est*. Iter stellæ ex Iacob, & surrexit sceptrum ex Israel, & percussit stultos Moab, & altitudinem omnium filiorũ Seth: * Et erit Edom possessio, & erit possessio Esau inimicus eius: & Israel faciens fortitudinẽ.

[illegible]

רְשַׁפִּיר חָזֵי *qui pulcre videt*; Hierosl. Targ. אִתְגְּלֵי עֲלוֹי *reuelatum est ei*: Syrus [illegible] *reuelatus*, Kimchi פתוח *apertus*, Aben Esra הפך סתום *contrarium occluso*. Non errabit fortassis, qui idem de [illegible], inusitatissimo cetera verbo, censuerit. *i*) [illegible] *Altissimus*, sæpe Dei cognomen. *k*) pro Ebr. שַׁדַּי *omnipotentis*, Ebræo-Sam. habet [illegible] *agri*: vnde est interpretis [illegible] *campestris*. *l*) [illegible] *adspectus*, *visus*, *visio*. *m*) Ebr. דָּרַךְ, remotis punctis, accepit interpres pro דֶּרֶךְ *via*. [illegible] loco [illegible], ex ארח vel [illegible] *via*, *iter*. *n*) Ebr. פַּאֲתֵי *angulos*, Ebræo-Sam: [illegible], neglecto [illegible]. *o*) R. ירש. Ebræo-Sam. [illegible], noster ו non habet, sed יְרֵשָׁה. *p*) pro שֵׂעִיר *Seir*, Ebræo-Sam. [illegible] *Esau*. *q*) ex נחת Chaldæo-Syro. Ebr. וְיֵרְדְּ *& dominabitur*. Masora: ב׳ מים עד ים *bis occurrere, hoc loco & [Ps. LXXII. 8.] vbi exstat: dominabitur a mari ad mare*. At omnium consensu in Psalmo *dominari* notatur, Græci κατακυριεύσει, Chald. וְיִשְׁלוֹט *dominabitur*, Syrus [illegible] *possidebit*, Arabs يملك *regnabit*. Nihilominus etiam alii interpretes Num. XXIV. 19: וְיֵרְדְּ intellexerunt, Onkelos וְיֵחוֹת, & eodem verbo Syrus [illegible] *descendet*, nec aliud videntur LXX. intuiti,

G 3 * Et

*Et descendet ex Iacob, & perdet residuum de ciuitate.

[illegible]

Deuteronomii IV. 2.

* Non addetis super verbum, quod ego præcipio vobis hoc die; nec minuetis de illo: ad custodiendum mandatum Domini Dei vestri, quod ego præcipio vobis.

[illegible]

Deuteron. VI. 4. 5.

* Audi Israël: Dominus Deus tuus Dominus unus *est.* * Et diliges Dominum Deum tuum in omni corde tuo, & in omni anima tua, & in omni valde tuo.

[illegible]

Deuteron. VIII. 3.

* Et respondit tibi, & esurire te fecit, & edere te fecit Manna, quod non cognoveras, neque cognouerant patres tui: propterea vt cognoscere te faciat,

[illegible]

---

cum verterunt ἐξεγερθήσεται. Arabs autem & Vulgatus nostrorum Codd. scripturam secuti sunt, ille يستولي *dominus erit, superabit* (X Conj. R. ولي) hic *dominetur* vertendo. *r)* Morino [illegible] legendum videtur. *s)* [illegible] pro [illegible]. vide supra Gen. VIII. 21. *t)* בצר Ebr. & Sam. *minuere.* *u)* [illegible] *respondit.* Alius liber, teste Morino, [illegible] *& afflixit te, & esurire te fecit.* Lapsus interpretis ex eo, quod Ebr. וַיְעַנְּךָ *& afflixit te*, remotis punctis legit, *& respondit tibi.* *x)* [illegible] *fregit*, Aph. *esurire fecit*, forsan hoc ex Ch. צרך *indiguit.*

quod

quod non de pane solo viuet homo. [illegible]

Deuteron. XVI. 18. 19.

* Judices & scribas dabis tibi in omnibus ciuitatibus tuis, quas Dominus Deus tuus dedit tibi in tribubus tuis: & iudicabunt populum iudicio veritatis. * Non recedere-facies (peruertas) iudicium, nec cognosces vultus, nec accipies mammon, quia mammon excæcabit oculos sapientum; [illegible]

Deuteron. XVIII. 15. 16. 17. 18. 19.

* Prophetam ex [in] medio fratrū tuorum, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: [ad] ipsum audietis. * Secun- [illegible]

---

y) vide Exod. XXXIII. 20. z) posterior pericope abest a Versione, quam Ebræo-Sam. ita expressit, [illegible] *quia super omni egressione oris Domini viuet homo.* Nec spacium relictum est punctis notatum, vt alibi, cum quid omissum est. a) [illegible] *iudicauit,* [illegible] *index,* [illegible] *iudicium:* interdum eædem voces ex Chaldaismo notant *interpretatus est, interpres, interpretatio.* b) vide ad Exod. XX. 10. pag. 34. c) Accusatiui nota. vide p. 37. d) תַּכִּיר Ebr. e) ממון Syris, Chaldæis, Rabbinis quascunque opes & diuitias notat. Elias in Thisbi ita: כסף ורכוש וממון על הרוב מתירגמין ממון *quæstus, opes, diuitiæ vt plurimum a Chaldæis vertuntur Mammon.* Animaduers. Angl. *pecuniam* exponunt Exod. XXIII. 8. Deut. X. 17. XXVII. 25. hoc loco retinent *Mammona* Syrum nomen. Atqui in his singulis locis pro שֹׁחַד *munus* positum est, vnde speciatim Samaritis *munus & donum* significasse videtur, vt etiam Castellus notauit. f) סְמָא CB. Syr. *cæcus fuit*, Pael *excæcauit*.

dum

dùm omne, quod petiisti à *cum* Domino Deo tuo in Horeb, in die congregationis, dicendo: Non ad iam audire vocem Domini Dei mei, & ignem magnum illum non videbo amplius, & (*vt*) non moriar. * Et dixit Dominus mihi: benefecerunt, quod locuti sunt. * Prophetam suscitabo illis ex medio fratrum eorum sicut te, & dabo verba mea in ore eius, & loquetur cum illis omne, quod præcipiam illi. *Et erit, homo (*quisque*) qui non audiet *ad* verba eius, quæ loquetur in nomine meo; Ego requiram ab illo.

Deuteron. XXI. 22. 23.

* Si erit in homine peccatum iudicii necis, & interfectus fuerit; & suspendes illum in ligno. * Non pernoctare facies cadauer eius in ligno, quia sepeliendo sepelies illud in die illo: quia maledictio Dei suspensus; & non pollues terram tuam, quam Dominus Deus tuus dedit tibi hereditatem.

---

g) pleonasmus, מֵעִם Ebr. h) פּוּם Chald. Syr. *os, oris.* i) בְּעָא Ch. Syr. *petere, quærere, requirere.* k) pleonas. מֵעִמּוֹ Ebr. l) [illegible] *cades, homicidium*, Act. IX. 1. Chaldæi alia forma קְטוֹלָא dicunt. Sequens [illegible], Aphel, Passiue significat, etiam Numer. XVIII. 7. m) צְלַב Ch. Syr. *suspendere, cruci affigere.* n) vide supra pag. 14. o) בּוּת pernoctare. Chald. Syr. p) כָּאֵב Ch. [illegible] Syre *immundum reddidit, polluit.* q) [illegible] *diuisit hereditatem* Deut. XXI. 16.

Deuteron. XXVII. 4.

* Et erit in transire vos (*cum transferitis*) Iordanem, statuetis lapides hos, quos ego imperans vobis *sum* hodie, in monte Garizim, & ordinabis eos *in* ordine.

[illegible]

Comma 26.

* Maledictus, qui non statuet omnia verba legis huius, ad faciendum illa: & dicent omnis populus, Amen.

[illegible]

Deuteron. XXIX. 29.

* Occulta Domino Deo nostro: & reuelata nobis & filiis in

[illegible]

[illegible] *hereditas* Genes. XXXI. 14 alias diuisio in duas partes, sicut inter 15. & 16. comma Lev. VII. in Ebræo-Sam. exstat · [illegible] *Medietas Legis*: & in Vers. [illegible] *Diuisio diuidens Legem.* r) יוֹמָנָא Ionath. Gen. XXIV. 42. Syri passim ܝܘܡܢܐ *hodie.* s) coniunctè scribuntur tam in Ebræo-Sam. quam in Versione Samaritica. Locus autem mendosus, cum in omnibus Ebræis codicibus, omnibusque Versionibus antiquis legatur *Ebal*, non *Garizim*. Waltonus Proleg. p. 79. putat, a Manasse ipsorum primo pontifice, Sanballati perfecti auctoritate freto, consulto corruptum esse, vt templi sui auctoritatem adstrueret. t) Ebr. *calce illines.* u) Hieronymus in Galat. III. 10. *Samaritanorum*, inquit, *Ebræa volumina relegens inueni* כל, *quod interpretatur* omnis *siue* omnibus, *scriptum esse*, *& cum LXX. interpretibus concordare.* LXX. Seniores (quos Apostolus imitatur) πᾶς interposuerunt, etiam Syrus, ܠܝܛ ܗܘ ܟܠ *maledictus est omnis.* Sed neque in Ebræo-Samaritano, neque in Versione Sam. hodie [illegible] *omnis* apparet. x) vide Num. XIX. 2.

H secu-

feculum, ad faciendum omnia verba legis huius.

Deuteron. XXX. 11. ad 15.

* Nam præceptum hoc, quod ego præcipiens *sum* tibi hodie, non absconditum illud a te, nec longe-remotum illud *est*. * Non in cœlo illud, vt dicas (*ad dicere*) Quis ascendet nobis in cœlum, & accipiet illud nobis, & audire-faciet nos illud, vt id faciamus? * Neque trans mare illud, vt dicas: Quis transibit nobis trans mare, & accipiet illud nobis, & audire-nos faciet illud, & faciemus illud? * Nam propinquum *est* ad te verbum valde, in ore tuo, & in corde tuo ad faciendum illud. * Vide, dedi coram te vitam & bonum; & mortem & malum.

Deuteron. XXXIV.

[* Et ascendit Moses a planitie Moab in montem Nebo, caput

---

y) [illegible] Castell. *absconditus*, ficut Syrus ܟܣܐ ܡܢܟ *absconditus a te*. Potes etiam *mirificatum*, *transcendens captum* exponere, vt Deuter. XVII. 8. z) forsan [illegible] adrepsit: nam alibi semper pro Ebr. מֵעֵבֶר *trans*, quod hoc loco exprimendum erat, Samarita [illegible] sine [illegible] dixit. vide Num. XXII. 1. XXXII. 19. 32. XXXIV. 15. XXXV. 14. a) בִּקְעַת *planities*, *vallis*, Ebr.

specu-

speculæ, quæ super faciem Ierricho, & videri fecit eum Dominus omnem terram a fluuio Ægypti vsque ad fluuium magnum, fluuium Euphratem: & ad mare postremum. * 4 Et dixit Dominus ad ipsum: Hæc *est* terra, *de* quam iuraui patribus tuis, Abrahamo, Isaaco & Iacobo dicendo: semini tuo dabo illam. Videre feci te [in] oculis tuis, & (*sed*) illuc non transibis. * Et mortuus est ibi Moses seruus Domini in terra Moab, secundum os Domini: * & sepeliuit *eum* in valle, in terra Moab, contra domū Peor: & non cognouit homo sepulcrum eius usque ad diem hunc. * Et Moses filius centum & viginti annorū in moriendo eum (*cum moreretur*:) non caligauerat oculus eius, & non fugerat viror eius.

---

b) Libri [illegible], sed vitiose, quia in ceteris omnibus locis pro פסגה est [illegible], Num. XXI 20. XXIII. 14. Deut. III. 27. &c. vide Animadv. Tom. VI. Op. Angl. Est a סכא Ch. Syr. *speculatus est, exspectauit.* *c*) discrepat ab Ebræo nostro. Insuper totum comma III. & IV. Ebræo-Samaritanus, eiusque interpres omittunt. *d*) aphæresis, etiam Chaldæis vsitata. R. אחר. Aliis locis [illegible] est *alius.* *e*) vide p. 7. *f*) [illegible] pro [illegible]. Syre ܟܗܐ כהה Arab. [illegible] *caliganit, cæcutiuit.* *g*) [illegible] *viror:* etiam Arabs h. l. رطوبته, a רטב *viruit,* Iob. XXIV. 8.

H 2 * 8. Et

* 8 Et fleuerunt filii Israel Mosen in planitie Moab triginta diebus: & consumti sunt dies fletus dedecoris Mosis. *Et Iosua filius Nun plenus spiritu sapientiæ, quia fulserat Moses manum suam super ipsum; & audiuerunt *ad* ipsum filii Israel, & fecerunt, secundum quod præceperat Deus Mosi. * 10 Et non surget amplius propheta in Israel, quem cognoscat Deus facie ad faciem. *In omnibus signis & miraculis, quæ misit Dominus ad faciendum in terra Ægypti, Pharaoni & omnibus seruis eius, & vniuersæ terræ: * Et in omni manu forti, & in omni visione magna, quam fecit Moses in conspectu totius Israel.

Lex perfecta: Benedictus dator eius.

---

b) Angl. [illegible] cum asterisco, nota suspectæ & corruptæ vocis. *i*) *fletus dedecoris Mosis*, forte quod dedecus neminem a morte eximi: vel *fletus nimius*, quod indecorum dolori indulgere. Utrumque ex Animadv. Tom. VI. Angl. excerptum. [illegible] & [illegible] *opprobrium*. [illegible] Ch. *deturpauit*, [illegible] Rabb. *turpitudo*. *k*) [illegible] *misit*, *emisit*. *l*) [illegible] *conspectus, oculus*. [illegible] *speculari*, *exspectare*.

Finis Excerptorum Pentateuchi
Samaritanæ Versionis.

GRAM-

GRAMMATICA SAMARITANA.



CAPUT I.

De Literis & legendi ratione.

Literæ Samaritanis ſunt totidem, quot Ebræis, Syris, Chaldæis: & eundem etiam valorem habent, quem illorum literæ. Sunt enim

ࠀ	א	*Aleph*	1	ࠋ	ל	*Lamed*	30
ࠁ	ב	*Beth*	2	ࠌ	מ	*Mem*	40
ࠂ	ג	*Gimel*	3	ࠍ	נ	*Nun*	50
ࠃ	ד	*Daleth*	4	ࠎ	ס	*Samech*	60
ࠄ	ה	*He*	5	ࠏ	ע	*Ajin*	70
ࠅ	ו	*Vau*	6	ࠐ	פ	*Pe*	80
ࠆ	ז	*Sain*	7	ࠑ	צ	*Zade*	90
ࠇ	ח	*Cheth*	8	ࠒ	ק	*Kuph*	100
ࠈ	ט	*Teth*	9	ࠓ	ר	*Resch*	200
ࠉ	י	*Iod*	10	ࠔ	ש	*Schin*	300
ࠊ	כ	*Caph*	20	ࠕ	ת	*Tau*	400

Nomina *Aleph*, *Beth &c.* cum huius literaturæ principibus, Briano Waltono & Edmundo Caſtello, *Ebraica* tribuimus. Nec tamen errare putamus, qui Syriace *Olaph*, *Beth*, *Gomal* &c. aut medio modo *Alaph*, *Beth*, *Gamal* &c. appellant, cum craſſior omnino, quam Ebræa, ſit Samaritanorum lingua, & ad Syro-Chaldæam quam proxime accedat.

Literam שׂ *Sin*, Ebræis ſiniſtro puncto notatam, a שׁ *Schin* non diſtinguunt: illa vtuntur raro, in quibusdam pure Ebræis, vt ࠉࠔࠓࠀࠋ *Iſrael*, ࠔࠔࠅࠍ *gaudium*, & quæ his ſimilia ſunt: in ceteris plerisque imitantur Syros, qui ܣ adhibent, quoties analogia Ebræa *Sin* poſtulauerat, v. g. ࠁࠎࠓ *caro*, ࠏࠎࠓ *decem*, ࠎࠍࠀ *odit*, ࠓࠌࠎ repſit &c.

basar asar sana ramas
בשר עשר שנא רמש

Nullas

Nullas literas *connectunt* Samaritani, nec *finales* figuras habent a ceterarum forma distinctas & singulares: neque *dilatabiles*, seu pro spacio versuum plus extensas.

Numeros pariter, vt ac Ebræi per literas signant, vt [Samaritan] 1. [Samaritan] 2. &c. nec ab Ebræis recedunt in Compositis numeris, vt [Samaritan] 11. [Samaritan] 18. [Samaritan] 37. [Samaritan] 45. &c. in eo solo discrepant; quod 15. Ebræi religionis caussa per [Samaritan] *nouem* & *sex*; Samaritæ autem promiscue scribunt, [Samaritan] & [Samaritan], sicut etiam Londinenses in Genesi & Deuteronomio Caput. XV. per [Samaritan]; in ceteris Pentateuchi libris per [Samaritan] designauerunt.

Literarum ductus, quem exhibemus, est apprime conformis Anglicanæ scripturæ in Bibliis Polyglottis, & in Lexico Castelli Heptaglotto. Est & alius scribendi modus, quo Ios. Scaliger de Emend. Temp. lib. VII. Computum Samaritanum tradidit, & primordium Geneseos Io. Leusdenius sub calcem Scholæ Syriacæ. Non dubium enim est, variare MSS libros, sicut in aliis quibusuis linguis assolet. Sed hæc sufficiant de ipsis apicibus: ad *legendi rationem* accedendum est propius.

Literarum *quies* hîc eadem est, quæ apud Ebræos & Syros, nempe τῶν [Samaritan], [Samaritan], [Samaritan] & [Samaritan], vt [Samaritan] *tu*, [Samaritan] *dies*, [Samaritan] *caput*. Iod etiam *initiale*, cum *Chirek* legendum, Castellus quiescere tradit, vt apud Syros solet, v. g. [Samaritan] *aggrauauit*, legit *itam*, non *jitam*. Literam [Samaritan], qua inprimis Samaritani delectantur, eamque pro [Samaritan], [Samaritan], [Samaritan] subinde substituunt, vt infra dicemus, tractamus sicut in Ebræis atque Syris, vel vt ἄφωνον Europæis, vel soni dubii & incerti propter difficilem pronunciationem.

Literas VOCALES Samaritani non scribunt, neque habent earum figuras. At opus est illis ad legendum & pronunciandum, quod quasi anima sunt consonantium literarum, nec dubitandum, quin, sicut omnes linguæ, ita & Samaritana suas habeat Vocales, licet scriptura non exprimat. Quibus vero *Vocalibus* in lectione Samaritica vtendum erit? Secundum Ebræa puncta, quibus Vocales designantur; aut Ebræo-Chaldæa, id est, Chaldæorum non propria, sed a Iudæis hominibus in Chaldæam scripturam translata, Samaritanorum literas legere & enunciare consultum non est, cum Samaritica lingua rudior sit, quam vt subtilissimas illas Vocalium diuisiones perferre possit, quas nec Syri, neque Arabes, æque propinqui Iudæis, ac Samaritani; admiserunt vnquam. Præterea quod tantum odium inter Iudæos fuit & Samaritanos, vt hi, cum

cum non possent propter vicinitatem locorum lingua Iudæorum non vti, tamen de industria literas in Ebræis vocibus pene multas immutauerint, transposuerint, eliminauerint, & eandem linguam fecerint non eandem; quis credet, Vocales plane easdem, quibus Iudæi vtebantur, & eadem lege distinctas fuisse Samaritanis, præsertim cum ipsi Iudæi Galilæi, Samaritanis finitimi, dialecto impuriore & crassiore vsi sint, quam Hierosolymitani. Accedit, quod illo tempore, quo Cuthæorum res floruerunt, Ebraismus prolapsus erat, & lingua Chaldæo-Syriaca in ipsam Iudæam cum exulibus, ex Babylonia reductis, inuecta, saltem mixta dialectus ex Ebraismo & Chaldaismo, inualuerat.

Clarissimo viro, Iac. Golio, ut tradit Hottingerus AntiMor. p. 34. αὐτήκοος testis, Samaritanis Damasci familiaris, referebat, rudem atque crassam esse hodiernorum Samaritanorum pronunciationem, exempli gratia, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים &c. quam τοῦ *A* multiplicationem credibiliorem facit, quod veteres Samaritani ex matribus lectionis, id est, literis Vocalium vicem subeuntibus, nullam habuerunt frequentiorem, quam quæ signum esset τοῦ *A*, nempe ࠀ, ࠏ, ࠄ, vt ࠁࠍࠀࠀ *filia*, ࠒࠉࠀࠌࠄ *fœdus*, ࠒࠏࠌ *surrexit*, ࠃࠏࠓࠅ *habitauerunt*, ࠍࠔࠌࠄ *anima* &c. ࠏ & ࠉ varius usurparunt, v.c. ࠏࠆࠉࠓ & ࠏࠆࠓ *auxilium*, ࠀࠁࠉࠋ *lugens*, אֵבֶל Ebraice.

Fuisse Samaritarum dialectum impuram, rudem & inconditam, facile concedimus propter Cuthæorum colonias ex barbaris Persiæ & Mediæ oris in Samaritanam regionem deductas. Nec tamen illa suis cultoribus caruit, qui elegantiorem efficerent, præsertim postquam tot sacerdotes, Sanballati tempore & subsequente, ex Iudæa in Samariam exulatum profecti sunt, quorum opera squalor abstergi potuit, & nitidior reddi lingua, quæ antehac fuerat semibarbara. Credimus autem, Syros, quos a septentrione in Decapoli finitimos habebant, æmulatos potius loquendo esse, quam in meridiem vergentes Iudæos, quibuscum ipsis odium intercedebat prorsus inexpiabile. Hinc esse putamus, quod doctissimus Castellus col. 6. Gram. Harm. scripsit: *Lingua Syriaca optima est ac certissima regula punctandi tam Chaldaica, quam Samaritana.*

Hunc ducem peritissimum si sequemur, multa impedita explicare, obscura illustrare, & dubia certis rationibus confirmare poterimus.

Quia-

Quinque Vocales habent Syri. *A E I O V*, in quo numero etiam plerique Europæi acquiescunt: nec plures desiderare videtur Samaritana lingua. Gutturales negligentius curant iidem Syri, nec earum gratia fingunt nouas & *Chatephatas* Vocales, aut Patach *Genusa*: minus ergo dubitamus, quin pari compendio vsi fuerint Samaritani. Nec suum *Kuschos* tam duriter efferunt Syri, quam Dagesch forte Ebræi: quod idem censemus de Samaritis: *Lene* autem vtrisque commune est, & ipsa natura monet, vt molles literæ in principio vocis, & in syllaba composita accipiant grauiorem sonum, licet nullo is scripto signo prouocatus sit.

Nec tamen auctor esse velim, vt omnia ad Syriacam linguam conformentur, reiectis & proscriptis omnibus, quæ Ebraismum sapiunt. Samaritana lingua mixta est ex Ebræa, Syra, Chaldæa, adiecta noua quadam & propria literarum, præsertim gutturalium, permutatione, additisque vocabulis ex antiqua Cuthæorum patria in Palæstinam cum ipsa colonia deductis. Multa retinet pure Ebræa, vt Excerpta nostra inspicienti obuium est: multa indifferenter nunc Ebraice profert, nunc Syro-Chaldaice, v. g. dicunt Samaritæ ࠀࠁࠅࠄ *pater eius*, cum Syris, Gen. III. 24. XXXI. 53 & ࠀࠁࠉࠅ cum Ebræis, Gen. XLVI. 1. XLVII. 7. Lev. XIX. 3. Scribunt itidem ࠒࠅࠋ *vox*, Ebraice Deut. XVIII. 16. & ࠒࠋ Syro-Chaldaice Gen. XLV. 2. ࠏࠅࠋࠌ *seculum* Gen. IX. 12. & ࠏࠋࠌ passim alibi. In prima Sing. Præteritorum ࠕࠉ addunt cum Ebræis; & sæpius cum Syro-Chaldæis tollunt &c. sicut nec in hoc cum Syris conueniunt, quod his vltima Verborum ࠄ semper mouetur; Samaritis autem æque ac ࠀ quiescit, vt vel exinde clarum est, quia eadem quiescentia Verba nunc per ࠀ, nunc per ࠄ scribunt, v. g. ࠀࠕࠄ & ࠀࠕࠀ *venit*, &c. Quod si ergo in ipsis literis, quas consonantes dicimus, modo cum Ebræis, modo cum Syris loquuntur Samaritani; quid obstabit, quo minus idem in vocalium literarum sono egisse credamus?

Proinde nostra sententia est, liberiorem esse Samariticam pronunciationem, & quæ in lingua illa sunt pure Ebræa, Ebræo forsan more efferri posse: quæ Syro-Chaldaica, ad Syrorum quoque indolem enunciari debere. Nobis ignota est antiquorum Ebræorum elocutio, & nimium diffident Iudæi nostrates in hac caussa a plerisque Christianis: quid mirum ergo, si non certissima sit nobis pronunciatio Samarita-

marita-

maritanorum? Linguas hasce addiscimus non tam colloquendi caus-sa, quam intelligendi scripta monumenta Orientalium populorum.

Quæris forsan, amice lector, de *Diphthongis?* etiam hæc res non satis certa est apud ceteros Orientales, & ingenue fatetur laudatissimus Castellus, *de diphthongis apud maximam & præcipuam Orientalium, Ebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabum Grammaticorum partem altum esse silentium, quin ignotum illis esse ipsum vocabulum, aut quo illud queant exprimere.* Recentes Syri Maronitæ ita linguam suam tradiderunt, vt diphthongos veras, Europæis non absimiles, habere videantur, nec prorsus abludunt Iudæi nostrates, qui ו sæpe vt *Au* pronunciant, e. g. עוֹלָם ferme legunt vt *Aulom*, &c. Cui quis ergo sententiæ addictus est de ceteris linguis Orientis, eandem etiam in caussa Samaritana sequatur, & qui cum Syris recentibus facit ac Iudæis nostræ ætatis, amicam conspirationem inueniet Samaritanismo facillime accommodandam: qui secus statuit, suo etiam abundet sensu & libertate literaria.

Nec tam difficilis est lectio sine appictis Vocalibus, vt multi sibi persuadent. Quemadmodum enim is, qui mediocriter in Ebraicis versatus est, & legere & intelligere potest Rabbinica non punctata: ita Syrismi non plane rudis, & aliquatenus tinctus Ebraicis præceptis, expeditas habebit lectionis Samaritanæ rationes, quod vbique analogia dictitabit, quo cum vocali sono hæc vel illa litera aut syllaba enuncianda sit: etiam *matres lectionis* ℵ, ∇, Ⅎ, ⅲ, ☓ subinde inspersæ, non sinunt hærere & fluctuari legentes.

CAPUT II.

De Distinctionibus & Notis Orthographicis.

SAmaritani singulas voces singulis punctis crassioribus & superne appensis distinguunt, vt vides in Excerptis Pentateuchi. In fine periodi duo puncta erigunt ad perpendiculum hoc modo :, sæpe tamen etiam hic contenti sunt vno, nonnunquam tertium ad latus addunt

ita

ita :, & si suspensa est sententia & imperfecta, vbi nos *colon* ponimus, ipsi duo transversa puncta coniungunt, exempli gratia, [illegible] *& locutus est Dominus cum Mose dicendo:* Sæpenumero tamen simplex punctum pro eo adhibetur, & geminatum alibi loco simplicis.

Si absoluta est maior sententia, has notulas vsurpant =: vel -< : vel =< vel =< vel -: vel -:, ita tamen vt frequentissimum signum sit =:, post hoc -< : vsitatius ceteris. Interdum plura agglomerant, vt -< :=: &c. In medio etiam spacio inter duos versus seu lineas ponunt eiusmodi coacervata signa nonnunquam, si noua auspicanda est pericope, hoc vel simili modo.

[illegible]

Omnes vero notæ hæ sunt fere pro arbitrio scribarum, non constantes, nec in omnibus codicibus eædem.

Vocum diuisio.

Voces non diuidunt in fine versuum seu linearum, sed si longior vox est, quam vt spacium capiat, illam secant ad sequentem versum, & præcedentem vocem ita extendunt, vt duæ postremæ literæ in fine versus locentur, priores literæ ab his spacio, quanto opus est, dirimantur sine puncto.

Lineola literæ superaddita.

Lineolæ literis impositæ (frequentioris in Textu Ebræo-Samaritano, quam in Versione) munus non simplex est. Vel enim ambiguam vocem, seu in vsitata significatione non accipiendam notat, vt Exodi V. 3. in Ebræo-Sam. [illegible], lineola supra [illegible] significat, non, vt plerisque in locis, cum *A* legendum esse דָּבָר *in verbo*, sed cum *E* דֶּבֶר *cum peste*, & sic [illegible] proprium *Semi* nomen, a communi [illegible] *nomen*; [illegible] *Deus* ab [illegible] *Ad*, Præpositione distinguunt: vel aliquid ablatum esse per apocopen ostendit, vt [illegible] pro [illegible] *Tu*, pronomen. Ebræum וַיִּשַׁע *& respexit*, Gen. IV. 4. Ebræo-Sam. ita scripsit [illegible], vt per lineolam [illegible] abiectum esse significaret: vel quiescentem moveri arguit, vt [illegible] *ponet*, Genes. XLVI. 4. [illegible] *sicut me* Deut. XVIII. 15. vel denique literam pro litera contra morem positam indicat, vt Gen.

XXIX. 32. & 34. in ࠔࠌࠔ *nomen eius*, linea supra ࠄ monet, ࠄ pro ࠄ scriptum esse. Aliquando duplex linea supraponitur, quam fatetur Morinus, quid denotet, se non posse conicere.

Obseruauit idem Morinus, vir in MSS Samaritanis versatissimus, etiam alias notas occurrere, quæ interrogationum, Exclamationum, Ironiæ, Indignationis &c. videantur signa esse, quæ tamen nec in diuersis codicibus, nec in eodem codice constanter obseruentur, sed modo hac, modo alia figura vsurpentur, modo in totum omittantur, adeo vt de illis nulla certa regula tradi possit. Vnde nec in excusis libris conspiciuntur. De *Accentibus scriptis* non est, quod moneamus, cum facile sit ad iudicandum, his æquo animo carere, qui in Vocales scriptas non agnoscunt.

CAPUT III.

De Nomine.

NOMEN tractant Samaritani cum Syro-Chaldæis secundum tres Status, *Absolutum*, *Emphaticum*, & *Constructum*. In singulis seorsum tum *Genus* Nominis, tum *Numerum* considerabimus, tandem communem *Casuum* formationem potius, quam declinationem subiecturi.

GENVS Samaritanis duplex est, *Masculinum* & *Fœmininum*. Alterutro horum, vtplurimum Fœminino, loco *Neutrius*, quod Genus ignorat Oriens, si opus est, vtuntur cum Ebræis & Aramæis.

NVMERVS triplex est, *Singularis*, *Dualis*, & *Pluralis*, sed infrequens & rarus *Dualis*, & si quando occurrit, ægre distinguitur a Plurali, quod Ebræa syllaba ࠉࠌ vtrumque denotant Samaritæ. Morinus quidem tradit per ࠄ Patach Duale indicari, sicut Gen. XXVII. 36. XLI. 32. ࠌࠉࠌࠏࠐ ࠁ *duabus vicibus*, cum ࠄ expresso legitur. Verum id perpetuum non est. Nam Exod. XVI. 29. Numer. XI. 19. Ebræum יוֹמָיִם necessariò a Plurali distinguendum erat, quemadmodum Onkelos תְּרֵין יוֹמִין, & Syrus ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ *duo dies*, verterunt: tamen Samaritanus interpres vtrobique sine ࠄ aut alio discretionis signo

ࠌࠉࠌࠅࠉࠌ

[Samaritan] ſcripſit. Caſtellus, vir eruditiſſimus, laudat formam Dualis [Samaritan], ſed exempla, quæ ſubiicit, nihil niſi Fœmininum Pluralem cum Numerali iunctum continent. Gen. XXXII. 7. [Samaritan] *bina caſtra*, & comm. 10. [Samaritan] quod idem eſt, Numerali Conſtructo. Pariter cenſeri decet de altera Dualis Numeri forma [Samaritan], ex Gen. XXXIII. 1. Nam ibi [Samaritan] *duæ ancillæ*, per Pluralem & binarii numeri notam deſcribuntur. Exemplum autem [Samaritan] ex Exod. I. 16. fallit, nec ibi Nomen, ſed Verbum Plur. Fœm. [Samaritan] *videbitis*, inuenitur. Huc tamen referri poſſe videntur, quæ ex trito Ebraiſmi vſu Dualia ſunt, vt [Samaritan] *aqua*, [Samaritan] *cælum*, quanquam nec hæc forma vſitatiſſima eſt, ſed pro ea ſæpius Emphatica [Samaritan] & [Samaritan] vtuntur Samaritæ. Ceterum ſi mentio fit duorum, per Numeralia deſcribunt eleganter, vt ipſi quoque Ebræi ſubinde faciunt. e.g. Gen XXV. 23. [Samaritan] *duo populi* (quæ vox in Lex. Caſtelli itidem Dualis vocatur, ſed Pluralis reuera eſt, vt præmiſſum [Samaritan] *duo*, euincit) Lev. XVI. 21. [Samaritan] *ambas manus ſuas*.

Status Abſolutus.

Variæ Nominum formæ ſunt in *Singulari* Generis *Maſculini*, videlicet alia nudas & ſolas Radicales ſeruant, vt [Samaritan] *Deus*, [Samaritan] *homo* &c. alia quieſcentem interſerunt, vt [Samaritan] *index*, [Samaritan] *homicida*, [Samaritan] *hircus* &c. quædam augentur initio vel fine, vt [Samaritan] *verbum*, [Samaritan] *iudicium*, &c. Ab Imperfectis Verbis deriuata itidem diuerſæ naturæ ſunt, vt [Samaritan] *aduena*, [Samaritan] *conſpectus, oculus*, [Samaritan] *hiſtoria* &c. Sunt etiam quadrilitera, quæ plerumque aliam quieſcentem ſuperaddunt, vt [Samaritan] *fœdus*, [Samaritan] *altitudo*, &c.

Adiectiua peræque variant, [Samaritan] *grauis*, [Samaritan] *ſanctus*, [Samaritan] *magnus*, [Samaritan] *miſericors*, [Samaritan] *nudus* &c. Aliæ Nominum formæ ex vſu petantur.

Plurale Maſculinum.

Licet lingua Samaritana Chaldæo-Syræ propior ſit, quam Ebrææ, tamen frequentius format Pluralem virilis Generis in [Samaritan] Ebræo more, quam in [Samaritan] Syro-Chaldaicam terminationem. (v. g. [Samaritan] *dii alieni*, [Samaritan] *dies*, [Samaritan] *iudices*, [Samaritan] *adue-*

aduena, & sexcenta alia. Alterius autem formæ [Samaritan] pauciora, certe non plura exempla obseruabis in Excerptis nostris, [Samaritan] *pulcri*, Gen. VI. 2. [Samaritan] *anni* XVII. 1. [Samaritan] *Deus*, comm. 7. [Samaritan] *populi* XLIX. 10. [Samaritan] *rutilantes*, ibidem comm. 11. [Samaritan] *laudati* Num. XXIII. 10. adde [Samaritan] *filii*, [Samaritan] *oculi*, [Samaritan] *boues*, &c.

1. In [Samaritan] desinentia simpliciter [Samaritan] vel [Samaritan] assumunt, e. g. Exod. XXXIV. 24. [Samaritan] [Samaritan] *gentes multa*.

2. Pluralia tantummodo sunt [Samaritan] *vita*, [Samaritan] *facies*, & licet posterius apud Ebræos legatur Dualiter אפים, tamen quia Syris & Chaldæis Plurale est אפין, idque Samaritæ constanter ponunt loco Ebræi Pluralis פנים *facies*; in hunc potius, quam alium ordinem adscribi debuit.

3. Fœminina virile Genus in Plurali imitantur [Samaritan] *anni*, [Samaritan] *verba* (Sing. ܡܠܬܐ Syre, pro quo Samaritis vsitatius est [Samaritan] *verbum*) & , quod Singulari caret, [Samaritan] *mulieres*.

Fœmininum Singulare.

Absoluti Status Fœmininum Singulare in [Samaritan] desinit. Nam terminatio seruilis [Samaritan] hîc rarior vel nulla est, & Nomina in [Samaritan] & [Samaritan] potius ad Constructum, quam Absolutum Statum pertinent, vt Morinus etiam obseruauit. At apocopata forma [Samaritan] & [Samaritan] huc referri debet propter vsum absolutiorem. v. g. [Samaritan] *bestia*, [Samaritan] *ancilla*, [Samaritan] *testimonium* Exod. XX. 16. [Samaritan] *vestis* Deut. X 18.

Adiectiua solum [Samaritan] addunt, vt [Samaritan] *viuens*, [Samaritan] *viua*, [Samaritan] *Ægyptius*, [Samaritan] *Ægyptia* Gen. XVI. 1. nam neque Gentilia a communi lege recedunt.

Quæ sub Masculina forma Fœminini Generis sint, ex Ebraismo constare possunt, vt [Samaritan] *terra*, [Samaritan] *anima*, [Samaritan] *spiritus*, [Samaritan] *oculus*, [Samaritan] & [Samaritan] *manus*, [Samaritan] *ignis* &c.

Plurale Fœmininum.

Pluralis Fœminini Absoluti in [Samaritan] [[Samaritan]] desinit, cui sæpe præcedit [Samaritan], longæ Vocalis character vicarius. e. g. [Samaritan] *filia*, [Samaritan] *benedictiones*, [Samaritan] *integre*, [Samaritan] *mala*, [Samaritan] (a [Samaritan] Sing.) *orbes*, [Samaritan] (a [Samaritan]) *vices*, [Samaritan] *vacca* &c.

* Masculino quædam more Fœmininorum Pluralem formant, vt [Samaritan] *patres*, [Samaritan] *nomina*.

Status Emphaticus.

Samaritæ hoc loco se Aramæis potius, quam Iudæis associant, dum, si quod nomen signanter κατ' ἔμφασιν dicendum est, eidem raro כתירים 'ה He Emphaticum præfigunt, plerumque cum Syro-Chaldæis ἐμφάσεως notam in fine adiiciunt, non quidem ן א, vt illi, sed ࠄ, quia fugiunt ࠀ seruile in fine Nominum, etiam in Fœminea Absolutæ vocis terminatione.

Masculina Singularia.

Masculina Singularia emphatice adduunt solum ࠄ, vt ࠀࠋࠄࠄ *Deus*, ࠌࠋࠀࠊࠄ *angelus*, ࠀࠍࠔࠄ *homo*, ࠌࠋࠊࠄ *rex*, ࠂࠁࠓࠄ *vir*, ࠉࠌࠄ *mare*, ࠏࠌࠄ *populus*, ࠒࠃࠉࠔࠄ *sanctus*, ࠔࠐࠉࠓࠄ *pulcer*, &c. In ࠉࠀ desinentia faciunt ࠉࠀࠄ, vt ࠓࠇࠌࠀࠄ *misericors* Exod. XXII. 27. quam formam etiam Gentilia amant, vt ࠏࠁࠓࠉࠀࠄ *Ebræus*, ࠀࠌࠅࠓࠉࠀࠄ *Amorrhæus*: item Numeralia; vt ࠕࠋࠉࠕࠀࠄ *tertius*, ࠓࠁࠉࠏࠀࠄ *quartus*.

Pluralia Masculina Emphatica.

Finiunt hæc Chaldæo more (obseruata lege de finali ࠄ pro ࠀ) in ࠉࠄ, vt ࠌࠋࠀࠊࠉࠄ *angeli*, ࠌࠋࠊࠉࠄ *reges*, ࠌࠋࠋࠉࠄ *verba*, *res*, ࠁࠕࠉࠄ *domicilia*, & quæ in Singulari in ࠉࠄ (ࠉ) exeunt, hîc ࠀ interponunt, vt ࠈࠋࠉࠄ *puer*, ࠈࠋࠉࠀࠄ *pueri*. Gentilia & Patronymica desinunt in ࠉࠀ, vt ࠌࠑࠓࠉࠀ *Ægyptii*, ࠊࠍࠏࠍࠉࠀ *Cananæi*, ࠋࠅࠉࠀ *Leuitæ*.

† Etiam in hoc statu sunt tantùm-Pluralia, vt ࠇࠉࠉࠄ *vita*, ࠔࠌࠉࠄ *cœlum*, ࠌࠉࠄ *aqua*. Castellus addit ࠌࠋࠉࠄ *verba*, quia eius Singularis, quem ceteræ linguæ Fœmininum habent, vel raro, vel nusquam apparet. Et Fœmininum sub Masculina forma ࠍࠔࠉࠄ *mulieres* Exod. I. 19.

Fœminina Singularia Emphatica.

Fœminina Singularia mutant Absoluti terminale ࠄ in ࠄࠀ (ࠀ enim finale respuunt, vt modo dictum est) e. gr. ࠀࠓࠏࠕࠄ *terra*, ࠔࠍࠕࠄ *somnus*, ࠍࠄࠉࠓࠕࠄ *splendida*, ࠌࠃࠉࠍࠀࠉࠕࠄ *Midianitis*, &c. Quæ in ࠅ vel ࠉ finiunt, syllabam ࠄࠀ æque reassumunt, quam per apocopen amisisse videbantur, vt ࠉࠓࠅࠕࠅ, ࠉࠓࠅࠕࠅࠕࠄ *possessio*, ࠍࠎࠅ, ࠍࠎࠅࠕࠄ *portentum*.

† Pau-

† Pauca sub Masculina forma Fœminina sunt, e. g. ࠍࠐࠔࠄ *anima*, ࠉࠃࠄ *manus*, ࠀࠓࠏࠄ *terra*; cui voci etiam ࠀ interdum, quasi ࠄ nota Fœminini Absoluti fuisset, inserunt, vt ࠀࠓࠏࠀࠊ *terra tua*, Deut. XXI. 23. pro quo frequentius dicunt ࠀࠓࠏࠊ Gen. XII. 1. Exod. XXIII. 10. XXXIV. 24. Deut. XIX. 2. 3 &c.

Pluralia Fœminina Emphatica.

Forma hæc frequentior est, quam Absoluta, cuius ࠍ si præcessit ࠀ, solum ࠍ mutatur in ࠀࠄ; si non præcessit; in ࠀࠀࠄ, vt ࠒࠓࠌࠀࠀࠄ ex ࠒࠓࠌࠀࠍ *verbes*; ࠁࠓࠊࠀࠀࠄ ex ࠁࠓࠊࠀࠍ *benedictiones*. Sæpe pro ࠀ est ࠄ, vt ࠊࠋࠉࠌࠄࠀࠄ *renes* Lev. IX. 19. ࠌࠍࠌࠄࠀࠄ *prodigia*, ࠁࠏࠉࠓࠄࠀࠄ *bestiæ* &c. Quiescentes etiam mouentur, ࠌࠋࠊࠅࠀࠀࠄ *regna* cum ࠅ mobili. Gentilia non aliter, vt ࠌࠑࠓࠀࠀࠄ *Ægyptia*, ࠏࠁࠓࠀࠀࠄ *Ebrea* Exod. I. 19. & ࠏࠁࠓࠀࠌࠀࠄ commate 16.

* Ex Masculinis ad hanc formam pertinent ࠀࠁࠄࠀࠄ (Syre ܐ̈ܒܗܬܐ) *patres*, ࠔࠌࠄࠀࠄ *nomina*, ࠍࠅࠍࠌࠀࠄ *pisces* Num. XI. 5. Chald. נוּנַיָּא, vnde ࠌ in Sam. reliquum: Sing. ࠍࠅࠍࠄ *piscis*, Masc. Generis, vt vel ex Syro Matth. XVII. 27. notum esse potest.

Status Constructus.

Samaritis Regimen seu hic Status frequentior est, quam Syris, qui hanc Constructionem plerumque per Dolath, Genitiui notam, circumscribunt.

Nomen Constructum Masc. Singulare.

Nihil hoc discrepat ab Absoluto, etiam Ebræorum puncta negligentius curantur, si ex illorum legibus mutatio subeunda est. Nomina quoque ࠀࠁ *pater*, & ࠀࠇ *frater*, in Constructione assumendo ࠌ. Ebraizant. v. g. Gen. X. 21. ࠄࠅࠀ ࠀࠁࠌ ࠊࠋ ࠁࠍࠉ ࠏࠁࠓ ࠀࠇࠌ ࠉࠐࠕ ࠄࠓࠁࠀ *hic est pater omnium filiorum Eber: frater Iapheti maior.* Sed voce ࠀࠇ, in Singulari præsertim, tam crebro non vtuntur Samaritæ, quam Ebræi, quia in ipso Constructionis Statu habent alia, quæ idem signent, ࠀࠁࠓࠌ Gen. XIV. 12. ࠀࠋࠌࠔ c. XXII. 23.

Nomen Plurale Masculinum Constructum.

Pluralis Masc. Absolutus vel Emphaticus multatur vltima litera [[illegible], [illegible], [illegible]] vt fiat Status Constructus. Terminatio itaque, quod ad scriptum [illegible] attinet, conuenit cum Ebræa, Chaldæa, Syra: Puncta vocalia in ceteris linguis discrepant, Ebræis & Ebræo-Chaldæis *Zere*, Syris *Ptocho* adscribentibus, vt בְּנֵי אָדָם, ܒܢ̈ܝ ܢܫܐ *filii hominum.* In Samaritica pronuntiatione quilibet sequetur, quod putabit aptissimum esse & linguæ conuenientissimum. Syrorum *Ptocho* suadet illud, quod Samaritæ pleraque per *A* efferre dicuntur, vt Cap. I. tradidimus. Exempla passim sunt obuia, [illegible] *angeli Dei*, [illegible] *peccata filiorum Israel*, [illegible] *facies aquarum* &c.

Constructum Fœmininum Singulare.

Est plane Ebræum. Formatur enim ex Singulari Fœminino Emphatico, solo [illegible] abiecto, [illegible] remanente, quod, nisi quiescentem [illegible] vel [illegible] ante se habet, cum *Patach* Ebræo more, etiam Aramæo, legitur. Vel ita cum Morino p. 34. distincte statuendum: Nomina Fœm. Absoluta mutant [illegible] in [illegible]: Emphatica [illegible] abiiciunt. e. g. [illegible] *sermo Dei*, ex [illegible]: [illegible] *bestia terra*, ex [illegible] vel [illegible] *animans, bestia*: [illegible] *malitia hominis*, ex [illegible] *malitia*, ܒܝܫܘܬ Syre.

Pluralis Fœmininus Constructus.

Neque hîc est, quod a Syro-Chaldaismo discordet, nempe in [illegible] ([illegible]) desinit, quod sæpe [illegible] præmittit, vt Vocalis exprimatur. Aut breuius: abiicitur [illegible] Pluralis Fœminini Emphatici, vt maneat Constructus Pluralis Fœmininus. v. g. Gen. XLIX. 26. [illegible] *benedictiones patris tui & matris tuæ prævaluerunt:* cap. VI. 2. [illegible] *filiæ hominis.*

† Ex Masculinis hanc formam æmulantur [illegible] *patres*, [illegible] *nomina*, & [illegible] *pisces.* e. g. Numer. XXXI. 26. [illegible] *capita patrum congregationis*: Gen. XXXVI. 40.

[illegible] *nomina principum Esau* (ibidem comm. 10. est etiam [illegible] *nomina filiorum Esau*, Ebraice: & c. XXV. 13. [illegible] *nomina filiorum Ismael*, ex Absoluto) Genes. I. 26. [illegible] *pisces maris*.

Typus Statuum Nominis.

	Absolutus	Emphaticus	Constructus
MASCUL.	Sing. *vox simplex*	[illegible]	*idem, qui Absolutus*
	Plur. [illegible]	[illegible] (תִּי)	[illegible] vel [illegible]
FOEMIN.	Sing. [illegible]	[illegible]	[illegible]
	Plur. [illegible]	[illegible]	[illegible]

Formatio Casuum.

NOMINATIVVS vtriusque Numeri secundum tres Status per se patet.

GENITIVVS fit 1) per Regimen, seu Constructionem, Ebræo more, vt [illegible] *volatile cœli*, [illegible] *dies annorum vitæ tuæ.* 2) Syrorum consuetudine per [illegible] posteriori Nomini præfixum, e. g. [illegible] *omnis populus terræ* Genes. XXII. 18. [illegible] *Deo Patris sui* cap. XLVI. 1. [illegible] *testimonium mendacii* Exod. XX. 16. [illegible] *serpens æris* Num. XXI. 9. Sed hic posterior modus Samaritanis tam frequens non est, quam Syris.

DATIVVS per [illegible], vt in ceteris linguis Orientis. e. g. [illegible] *Potentissimo*, [illegible] *pauperi & peregrino*, [illegible] *filiis tuis.*

ACCVSATIVVS per [illegible] (תִי Chaldaicum) vt [illegible] [creauit] *cœlos & terram*: vel per [illegible], alias *Cum*, quia את Ebræis vtrumque præstat, id ist, *Cum* significat, & *Accusatiui* nota est. Exod. IV. 25. [illegible] *abscidit præputium.* XX. 24. [illegible] *memorari-feci nomen meum.* Deut. XVI. 18. [illegible] *indicabunt populum.* Rarissimum est [illegible] את Ebræum, Gen. XXXVII. 35. [illegible] *ipsum.* Si nulla Particula adest, Actiuum Verbum Accusandi Casum ostendet.

* Videtur etiam [illegible] Accusatiui signum esse, Exod. XXXII. 35. [illegible] *percussit populum*, (אֶת־הָעָם) adde Num. XXI. 6.

VOCA-

VOCATIVUS se perinde habet ut Nominativus, vox simplex, sine Præfixo aut Particula.

ABLATIVUS Præpositione declaratur, ࠌࠍ, *A*, *Ex*, & inseparabilibus ࠌ, ࠁ, ut ࠌࠍ·ࠁࠉࠕࠀ *ex domo*, ࠌࠉࠄࠅࠄ *a Domino*, ࠁࠐࠌࠊ *in ore tuo*, ࠁࠇࠓࠁࠉ *per gladium meum*.

† Nominis anomaliam non repetimus, quod sparsim supra tum ratione Generis, tùm Numeri declarata fuit. Multa etiam ex Ebraismo nota sunt, v.g. ࠁࠉࠕࠀ *domus*, in Plur. ࠕ eiicere, ࠁࠀࠕࠉࠌ, בָּתִּים Ebraice. Etiam ࠁࠍ & ࠁࠓ *filius*, quæ Syro-Chaldæis Defectiua sunt, & alterutro tantum Numero vsurpantur, בַּר Singulari, בְּנ Plurali; Samaritis sunt integra & perfecta, ita tamen, vt in Singulari crebrius τῷ ࠁࠓ, quam altero, vtantur.

* Adiectiuorum *Comparationem* quære in Syntaxi.

CAPUT IV.

De Literis Præfixis.

SAmaritani æque, ac ceteri Orientales, per certas literas, Nominibus, Verbis ac Particulis *præfixas* & cum illis connexas, describunt quædam Pronomina & Præpositiones, Conjunctionem Copulatiuam, & Adverbia nonnulla. Literæ hujusmodi sunt

ࠁ *In*, *ἐν*, *Per*, *Cum* Instrumenti. e. g. ࠁࠉࠅࠌ *in die*, ࠁࠒࠔࠕࠉ *per arcum meum*, ࠁࠌࠅࠕࠄ *in moriendo illum*, id est, cum moreretur.

ࠃ *Qui*, *quæ*, *quod*, item *Genitiui* nota & *Participii*, vt apud Syros. e.g. ࠏࠁࠃࠄ·ࠃࠏࠁࠃ *opus*, *quod fecerat*, ࠋࠊࠋ·ࠃࠏࠌࠄ *omnibus*, *qui cum ipso*, ࠇࠅࠉࠄ·ࠃࠌࠒࠃࠉࠌ *serpentes vrentes*. Genitiui exempla vide in Formatione Casuum. Parcius *Quòd*, *Vt*.

ࠄ *Emphaticum*, *seu* ה׳ ידיעה *notificationis*, rarum est Samaritanis, qui Emphaticum Nominis Statum eius loco cum Syris plerumque vsurpant. Retinent tamen etiam ࠄ Ebræorum in Nominibus quibusdam pure Ebræis, vt sunt ࠄࠀࠋࠄࠉࠌ *Deus*, ࠄࠀࠃࠌ *homo*: deinde in Pronominibus ࠄࠄࠅࠀ *ille*, ࠄࠄࠉࠀ *illa*, ࠄࠃࠍ *hic*, ࠄࠃࠄ *hæc*, ࠄࠀࠋࠉࠍ & nonnunquam ࠄࠀࠍࠍ *illi*, *illæ*: etiam in Participiis, vt ࠄࠀࠕࠀ *veniens* Exod. XIV. 19. (Ebr. הַהֹלֵךְ) ࠄࠌࠏࠋࠄ *ascendere faciens* Levit. XI. 45. ࠄࠉࠔࠁ *habitans* Deut. I. 44.

ࠄ *Interrogatiuum.* Gen. IV. 9. ࠄࠔࠌࠓ · ࠀࠇࠉ · ࠀࠍࠊࠉ *num custos fratris mei ego?* cap. XLV. 3. ࠄࠏࠅࠃ · ࠀࠁࠉ · ࠇࠉ *cum adhuc pater viuus?* Numer. XII. 2. ࠄࠓࠒ · ࠀࠊ · ࠁࠌࠔࠄ · ࠃࠁࠓ · ࠉࠄࠅࠄ · ࠄࠋࠀ · ࠂࠌ · ࠁࠍࠅ · ࠃࠁࠓ *num tantùm per Mosen locutus est Deus? nonne etiam per nos?*

† ࠀ pro ࠄ Deut. XXXII. 6. ࠀࠋࠀ · ࠄࠅࠀ · ࠀࠁࠉࠊ *nonne is pater tuus?*

ࠅ *Et, Atque,* interdum Pleonasticum, vt apud Ebræos. e. g. ࠀࠁࠉࠊ ࠅࠀࠌࠊ *pater tuus & mater tua,* ࠅࠄࠉࠄ *& fuit.*

* ࠅ *Conuersiuum* Samaritani non habent, sed v. g. pro ויאמר simpliciter dicunt ࠅࠀࠌࠓ *& dixit.* In paucissimis locis interpres ita pressè Ebræum persecutus est, vt nec Tempus ad indolem linguæ suæ reduxerit, Deut. XIIX. 17. ࠅࠀࠌࠓ *& dixit.* Gen. II. 24. ࠅࠄࠉࠅ *& erunt.*

ࠊ *Sicut, Secundùm,* vt ࠊࠍࠔࠉࠌ *sicut mulieres,* ࠊࠏࠐࠓ *sicut puluis,* ࠊࠃࠌࠅࠕࠍࠅ *secundum imaginem nostram,* ࠊࠊࠋ *secundum omne.*

ࠋ præterquam quod *Datiui* signum est, vt supra diximus, vim etiam habet Præpositionum *In, εἰς, Ad.* v. g. ࠋࠁࠔࠓ · ࠀࠇࠃ *in carnem vnam,* ࠋࠔࠃࠄ *in campum,* ࠋࠐࠕࠇ *ad portam.*

ࠌ *A, Ex, De* locale, *Præ.* vt ࠌࠎࠐࠓࠊ *ex libro tuo,* ࠌࠇࠋࠁ *præ lacte,* &c. Sæpius pro hoc Præfixo est integra Particula ࠌࠍ (sicut apud Syros semper fit) vt ࠌࠍ · ࠄࠔࠌࠉࠌ *de cœlo.*

Animantur hæ literæ in lectione, sicut apud Ebræos & Syros, nempe ࠁ, ࠃ, ࠅ, ࠊ, ࠋ per *Scheva*; ࠌ per *Chirek*; ࠄ per *Patach* &c.

CAPUT V.

De Pronominibus.

PRonomina, vt in ceteris linguis Orientalium, ita etiam in Samaritana sunt vel *Separata,* quæ peculiares voculas constituunt: vel *Coniuncta,* quæ SUFFIXA vocantur, quod vocibus in fine affiguntur.

Prono-

Pronomina Separata.

I. PERSONALIA & DEMONSTRATIVA.

Singularia

1. ࠀࠍࠄ, ࠀࠍࠉ & ࠀࠍࠊࠉ *Ego*: ࠀࠍࠊ Gen. VII. 4. &c.

2. { Masc. ࠀࠕࠄ & ࠀࠕ *Tu.*
   Fœm. ࠀࠕࠉ *Tu f.* Gen. XXIV. 23. 60. in priore loco non est lineola.

3. { Masc. ࠄࠅࠀ *hic*, *ille*, etiam Syro more ࠄࠅ, Gen. XIV. 18. XX. 16. XXXI. 43. ࠃࠍ (Chald. דן *hic*, ࠄࠋࠉࠄ *iste* Gen. XXIV. 65 & ࠄࠋࠆࠉࠄ c. XXXVII. 19.
   Fœm. ࠄࠉࠀ *illa*, etiam ࠄࠉ Genes. XX. 12. item ࠃࠄ *hac* (דא Chald.) quod etiam ࠃࠀࠄ scribitur Deut. XXXIV. 4. &c. Neque tamen semper Samaritani accuratissime inter ࠃࠍ & ࠃࠄ, quod ad Sexum attinet, distinguunt.

Pluralia

1. ࠀࠍࠇࠍࠍ *Nos*, etiam ࠀࠍࠍ Castell.

2. { Masc. ࠀࠕࠅࠍ *Vos*,
   Fœm. ࠀࠕࠉࠍ *Vos* Gen. XXXI. 6.

3. { Masc. ࠀࠍࠅࠍ *illi*
   Fœm. ࠀࠍࠉࠍ *illæ* Exod. I. 19.

*Commune est ࠀࠋࠉࠍ *illi, illæ*. Gen. XLVIII. 16. ࠏࠋࠉࠌࠉࠄ ࠀࠋࠉࠍ *pueros hosce*, Deut. III. 5. ࠒࠓࠉࠄ ࠀࠋࠉࠍ *hæ urbes.*

† Horum multis ࠄ *emphaticum* frequenti usu præfigi, dictum est cap. IV. Exempla pauca repetimus. Genes. XXVIII. 11. ࠁࠀࠕࠓࠄ ࠄࠄࠅࠀ *in loco illo ipso*: comm. 15. ࠋࠀࠓࠏࠄ ࠄࠃࠄ *in terram hanc*: comm. 17. ࠀࠕࠓࠄ ࠄࠃࠍ *locus hic*: c. XVII. 12. ࠍࠐࠔࠄ ࠄࠃࠄ *anima hæc*: Deut. XXVII. 4. ࠀࠁࠍࠉࠄ ࠀࠋࠉࠍ *lapides hos* &c.

II. RELATIVVM, ࠀࠔࠓ, אשׁר Ebraicum, *Qui*, *quæ*, rarius inuenitur. exempla exstant Deut. XXXIV. 10. 12. &c. Vsitatissimum autem est Samaritis Relatiui loco Præfixum ࠃ, sicut Syris, vtriusque Generis & Numeri, v. g. Exod. XX. 10. ࠅࠕࠅࠕࠁࠊ ࠃࠁࠒࠓࠉࠊ *aduena tuus*, *qui in ciuitatibus tuis*: comm. 12. ࠏࠋ ࠀࠓࠏࠄ ࠃࠄࠉࠄ

[Samaritan] *super terra, quam Dominus dabit tibi* Exod. XXXII. 4. [Samaritan] *dii tui, qui ascendere fecerunt te.* At Separatum די Chaldæorum non habent, vt Morinus quoque obseruauit.

III. INTERROGATIVA [Samaritan] & [Samaritan], illud Personæ *Quis?* hoc Rei vtplurimum, *Quid, Quodnam?* Gen. XXIV. 23. [Samaritan] *filia cujus tu es?* & commate 65. [Samaritan] *quis vir iste?* Exod. III. 13. [Samaritan] *quod nomen eius?* Et hoc cum Præfixis sæpe vim interrogandi amittit, vt [Samaritan] *secundum quod, sicut.* Etiam [Samaritan] est Interrogatiuum Gen. XXXII. 29.

IV. POSSESSIVA. Morinus scribit non nisi rarissime Samaritanos coniungere Chaldaicum די *qui*, cum particulis לי, לך (vt Syri & Chaldæi solent) hoc modo: [Samaritan] *meus*, [Samaritan] *tuus*, [Samaritan] *noster.* Potius eorum loco cum Ebræis vtuntur Suffixis Pronominibus.

V. RECIPROCA non habent Samaritani ab aliis distincta, sicut nec ceteri Orientales, sed illa per Demonstratiua [Samaritan], [Samaritan], [Samaritan], [Samaritan] designant. v. g. Gen. II. 24. *relinquet homo* [Samaritan] *patrem suum & matrem suam.* c. XLII. 29. *venerunt ad Iacobum* [Samaritan] *patrem suum.*

† Pronomina IPSE, IDEM, ILLE-IPSE describuntur per certa Nomina, Ebræis per עצם *os, ossis*, Syris per [Syriac] *substantia*, Samaritis pariter vtroque modo, ita tamen, vt pro עצם substituant [Samaritan], quod idem significat. e. g. Exod. XXIV. 10. [Samaritan] *sicut ipsum cœlum.* Lev. XXIII. 21. [Samaritan] *in illo ipso die.* Gen. VII. 13. [Samaritan] *in ipso die hoc*, quod repetitur c. XVII. 23. 26. Lev. XXIII. 14. 28. Nec dubium, quin vox [Samaritan], vti & [Samaritan] *anima*, quemadmodum apud Syros, Reciproco SEIPSUM exprimendo seruiant, cuius rei in Syro Novo Testamento passim exempla prostant Luc. XI. 17. Act. I. 3. &c. Samaritani etiam [Samaritan] *cor, arcanum* ita vsurpant, Gen. XIIX. 12. [Samaritan] *& accusauit* (Ebr. *risit*) *Sara in arcano suo*, id est, in se ipsa.

Prono-

Pronomina conjuncta seu SUFFIXA.

Singularis

1. MEVS, Nom. ࠉ, e. gr. ࠓࠁࠉ *dominus meus*, ࠑࠓࠕࠉ *angustia mea* &c. Pluralibus Masculinis quidem contracte pro ࠉࠉ., vt apud Ebræos, v. g. ࠁࠍࠉ *filii mei*, ࠁࠍࠕࠉ *filia mea* Gen. XXXI. 43.

* Sing. per *I*, Plur. per *AI* legitur, vt in ceteris linguis.

ME, MIHI Verb. ࠍࠉ, vt ࠁࠓࠊࠕࠍࠉ *benedixisti mihi*, ࠌࠇࠍࠉ *dele me*, ࠉࠓࠀࠍࠉ *videbit me*, ࠄࠔࠒࠉࠍࠉ *potum præbe mihi* fœm. Gen. XXIV. 17.

† ࠉ etiam cum Verbis ࠔࠋࠇࠉ *misit me* Gen. XLV. 5. Exod. III. 14. & *mitte me* Gen. XXXII. 26.

2. TVVS, TE:

- Masc. ࠊ, vt ࠀࠋࠄࠊ *Deus tuus*, ࠁࠍࠊ · ࠅࠁࠕࠊ *filius tuus & filia tua*, ࠏࠉࠍࠉࠊ *oculi tui*, ࠀࠁࠕࠊ *patres tui*, ࠀࠄࠁࠊ *dilexit te*, ࠍࠕࠕࠉࠊ *constitui te* Exod. IX. 16. & ࠄࠅࠑࠀࠕࠉࠊ *eduxi te*, XX. 1. vtrumque Masculinum: ࠔࠍࠀࠉࠊ *odio te habentes* Gen. XIV. 20. interdum ࠉ inseritur, vt ࠁࠍࠕࠉࠊ *filia tua* Loti, Gen. XIX 12.
- Fœm. ࠊࠉ (ךִי) vt ࠀࠉࠔࠉࠊ *vir tuus* Genes. III. 16. ࠂࠁࠓࠕࠉࠊ *domina tua* XVI. 9. ࠆࠓࠏࠉࠊ *semen tuum* comm. 10.

* Cum Particulis sæpe excidit ࠉ Fœminini Generis nota, vt ࠋࠊ *tibi* Saræ Gen. XX. 16. ࠌࠌࠍࠊ *a te* Rachele, XXX. 2. ࠄࠍࠊ *ecce tu* Hagar, XVI. 11. Attamen est ࠋࠊࠉ *tibi* F. Exod. II. 7.

† Cum Verbis, præsertim Futuri Temporis, Suffixum ࠊ persæpe assumit ࠍ quasi epenthesin, vnde alii nouum Suffixum ࠍࠊ faciunt. e. gr. ࠅࠀࠏࠔࠍࠊ *faciam te* Genes. XII. 2. ࠀࠔࠉࠁࠍࠊ *reducam te* cap. XXVIII. 15. ࠀࠔࠉࠌࠍࠊ *ponam te*, XLVI, 3. &c. Nec tamen illud perpetuum est, sed simplex quoque ࠊ cum Verbis reperitur. e. g. ࠅࠀࠔࠋࠇࠊ *mittam te* Gen. XXXII. 26.

3. IL-

ࠄ vtriusque Generis, tamen Masc Sing. & Fœm. Plur. (si Syros sequimur) cum *E* ה ܗ : Fœm. Singulare cum *A* obscuro vel *O* ה ܗ legendum. e. g. ࠓࠀࠔࠄ *caput eius* M. ࠆࠓࠏࠄ *semen eius* F. Genes. III. 15. ࠀࠇࠉࠄ *fratres eius* Rebeccæ, Syr. ܐܚܝܗ̈, cap. XXIV. 53. Nec tamen errabit forsan, qui Fœm. Plur. per ָהּ legi malit cum Ebræis, quia Samaritæ, itidem cum Plurali, Masculinum Ebræorum ࠅ וֹהִי Chaldaico aut ܘܗܝ Syrorum præferunt. Videtur etiam ࠄ Masc. per *A* legi posse, quia ࠀ, character huius Vocalis, subinde inseritur. v. g. ࠇࠕࠍࠀࠄ *socer eius* Mosis, Exod. III. 1. ࠅࠉࠓࠀࠄ *ostendit illi* Mosi. c. XV. 25.

3. ILLE, ILLIVS, SVVS. Etiam Verbis aptum est ࠄ, vt ࠅࠉࠏࠌࠃࠄ *statuit illum* Gen. XLVII. 7. ࠅࠉࠌࠔࠄ *extraxit illum* Exod. II. 10. ࠉࠀࠊࠋࠄ *comedent illum* Exod. XII. 9. Nam ࠅࠄ Ebræorum hic rarum est, Deuteron. XXXIV. 10. ࠉࠃࠏࠅ *cognouit eum*.

ࠅ Masculinum Nominibus Masculinæ formæ Pluralibus affigitur, vt ࠁࠍࠉࠅ *filios eius* Gen. IX. 1. ࠏࠉࠍࠉࠅ *oculos suos*, ࠎࠃࠓࠉࠅ *ordines suos* c. XLIX. 10. nec non Singularibus & Particulis, quæ ࠉ Pluralium more interponunt, vt ࠀࠁࠉࠅ *pater eius* Gen. XLVI. 1. XLVII. 1. Levit. XIX. 3. ࠀࠇࠉࠅ *frater eius* Exod. XVI. 15. ࠏࠋࠉࠅ *super eum* c. III. 5. At ࠀࠉࠍࠍࠅ *non vel non est*, simpliciter ࠅ assumit, Gen. V. 24. Exod. III. 2. ࠀࠉࠍࠍࠅ *non ille est*.

ࠄࠍ Verbale vtriusque Generis plerumque Futuris adhæret, (vt Ebræorum ֶנּוּ) e.g. ࠀࠌࠇࠍࠄ *delebo eum* Exod. XXXII. 33. ࠀࠔࠁࠇࠍࠄ *laudabo illum* Nũ. XXIV. 17. ࠀࠕࠍࠍࠄ *dabo illã terram*, Gen. XXVIII. 13. ࠉࠎࠍࠀࠍࠄ *odio habebit illam* vxorẽ. Deut. XXII. 13. &c. Præteritis non conuenit, nisi rarissime, vt ࠔࠌࠍࠄ *posuit eum* Deut. XXXII. 10.

Pluralis

Pluralis

1. NOSTER, NOS ࠍࠍ. plerumque, interdum ࠍ. Syrorum. e. gr. ࠀࠋࠄࠍࠍ *Deus noster* Deut. VI. 4. ࠓࠏࠅࠕࠍࠍ *placitum nostrum* Exod. XXXII. 1. ࠒࠁࠓࠉࠍࠍ *sepulcra nostra* Gen. XXIII. 6. ࠀࠁࠄࠕࠍࠍ *patres nostri* XVI. 34. ࠀࠎࠒࠍࠍ *ascendere fecit nos* Exod. XXXII. 1. ࠀࠐࠒࠕࠍࠍ *eduxisti nos* Num. XXI. 5. ࠔࠆࠁࠍ *liberauit nos* Exod. II. 19. ࠀࠇࠕࠍ *soror nostra* Gen. XXIV. 60.

2. VESTER, VOS { ࠊࠅࠍ Masc. vt ࠀࠋࠄࠊࠅࠍ *Deus vester*, ࠃࠇࠋࠕࠊࠅࠍ *timor vester*, ࠉࠃࠊࠅࠍ *manus vestræ*, ࠀࠁࠄࠕࠊࠅࠍ *patres vestri*, Exod. III. 13. ࠊࠉࠍ (etiam ࠊࠍ) Fœm. vt ࠀࠁࠅࠊࠉࠍ *pater vester* F. Gen. XXXI. 5. ࠁࠌࠉࠋࠃࠅࠊࠅࠍ *in obstetricare vestro* (cum obstetricaueritis) Exod. I. 16.

* Suffixa ࠊࠅࠍ & ࠊࠉࠍ nonnunquam per ࠅ adhærent, Deut. XI. 18. ࠁࠋࠁࠊࠅࠍ · ࠅࠁࠍࠐࠔࠊࠅࠍ *in corde vestro & in anima vestra:* Leuit. XXIII. 32. ࠔࠁࠕࠅࠊࠅࠍ *sabbatum vestrum*: Genes. XXXV. 2. ࠁࠂࠅࠊࠅࠍ *in medio vestri*: prælertim cum Præpositionibus ࠁ, ࠋ, ࠌࠍ, ࠏࠌ, vt ࠁࠊࠅࠍ *in vobis*, ࠋࠊࠅࠍ *ad vos*, *vobis*, ࠏࠌࠊࠅࠍ *vobiscum*, ࠌࠍࠊࠅࠍ *a vobis* Deut. II. 4. adde notata ad Gen. IX. 12.

3. ILLI, SVI, SVVS { ࠄࠅࠍ & ࠅࠍ Masc. sed sæpius ࠅࠍ, abiecto ࠄ vt ࠀࠉࠃࠅࠍ *manus eorum* Gen. XXXVII. 22. ࠌࠉࠌࠉࠍࠄࠅࠍ ࠅࠌࠎࠌࠀࠋࠄࠅࠍ *a dextra illorum & a sinistra illorum* Exod. XIV. 22. ࠀࠁࠄࠕࠄࠅࠍ *patres illorum* Exod. XII. 40. ࠕࠓࠉࠍࠄࠅࠍ *duo illi* Gen. II. 24. ࠒࠍࠉࠍࠄࠅࠍ *possessiones suas* c. XII. 5. ࠍࠅࠍ Masc. Verbale, vt ࠀࠁࠓࠊࠍࠅࠍ *benedicam illis* Num. VI. 27. ࠌࠇࠍࠅࠍ · ࠅࠃࠒࠅࠍࠅࠍ *percusserunt illos & contuderunt eos* c. XIV. 45. ࠀࠐࠒࠍࠅࠍ · ࠋࠌࠒࠈࠋࠍࠅࠍ *eduxit eos ad occidendum illos* Deut. IX. 28. vbi priorem vocem etiam Onkelos אַפֵּיקִנּוּן expressit. Tamen etiam ࠅࠍ cum Verbis coniungitur, ࠒࠈࠋࠅࠍ *occidit eos* Gen. XIV. 16, ࠓࠒࠓࠒࠅࠍ *extendit eos* Num. XVI. 39. ࠀࠕࠁࠓࠅࠍ *fregi illos* Deut. IX. 17.

†ILLÆ, SVVS [Samaritan], etiam [Samaritan] fine [Samaritan], Num. XXVII. 5. [Samaritan] *iudicium illarum*, & comm. 7. [Samaritan] *pater earum*, [Samaritan] *ad illas*, ibidem.

† [Samaritan] Fœm. cum Verbis, sed exempla rarissima.

Typus Suffixorum

	Nominibus Sing.	Nominibus Plur.	Verbis	
MEVS C.	[Samaritan]	[Samaritan]	ME	[Samaritan]
TVVS { M. F.	[Samaritan] / [Samaritan]	[Samaritan]	TE	[Samaritan], [Samaritan]
ILLE, SVVS { M. F.	[Samaritan] / [Samaritan]	[Samaritan] / [Samaritan]	ILLVM } ILLAM }	[Samaritan], [Samaritan]
NOSTER C.	[Samaritan], [Samaritan]	*idem*	NOS	*idem*
VESTER { M. F.	M. [Samaritan] ([Samaritan]) / F. [Samaritan], [Samaritan]	*idem*	VOS	[Samaritan], [Samaritan]
ILLE, SVVS { M. F.	M. [Samaritan], [Samaritan] / F. [Samaritan], [Samaritan]	*idem*	ILLOS ILLAS	[Samaritan], [Samaritan] ([Samaritan])

Suffigendi Modus.

I. Affixa Pronomina adduntur plerumque formæ Nominum emphaticæ, abiecto [Samaritan], & Suffixo in eius locum substituto. e. g. ex [Samaritan] *anima* fit [Samaritan] *anima mea* : ex [Samaritan] *vxor*, [Samaritan] *vxor tua* : ex [Samaritan] *vita*, [Samaritan] *vita vestra* : ex [Samaritan] *patres*, [Samaritan] *patres nostri*.

II. Quod si Absoluto Statui suffigitur, mutandum est [Samaritan] Fœm. in [Samaritan], & tollendum [Samaritan] vel [Samaritan] Plurale. e. g. [Samaritan] *ancilla*, [Samaritan] *ancilla mea* Gen. XVI. 2. [Samaritan] *filii*, [Samaritan] *filii eius* c. IX. 1.

III. Nomina Singularia [Samaritan] *pater*, [Samaritan] *frater*, & [Samaritan] *socer*, inter se & Suffixum interponunt [Samaritan] cum Chaldæis atque Syris; sæpe quoque

que ࠅ cum Ebræis. e.g. ࠀࠁࠉࠄ Genes. II. 24. & ࠀࠁࠅࠉ cap. XLVI. 1. XLVII. 1. *pater eius*: ࠀࠁࠉࠊ *pater tuus* c. XII. 1. ࠀࠁࠅࠍࠌ *pater noster* c. XIX. 32. ࠀࠁࠉࠄࠌ & ࠀࠁࠅࠄࠌ *pater illorum*. illud c. XXXVII 2 hoc cap. IX. 23. Sic quoque ࠀࠇࠉࠊ *frater tuus* vtriusque Generis, Masc. Gen. XXXV. 1. Fœm. cap. XX. 16. ࠀࠇࠉࠄ & ࠀࠇࠅࠉ *frater eius* Exod. XVI. 15. Gen. XIV. 14. ࠀࠇࠉࠍࠅ *frater noster* Num. XXVI. 2. ࠀࠇࠉࠊࠌ *frater vester* Gen. XLV. 4. De ࠇࠌ *socer* minus copiosa prostant exempla, interdum dubia. Habent enim Samaritæ formas ࠇࠌࠅ Genes. XIX. 12. & ࠇࠌࠉࠅ Exod. XVIII. quæ idem significant. Huc tamen pertinere videntur ex Gen. XXXVIII. 13. 25. ࠇࠌࠉࠅࠊ (Chald. חֲמוּךְ) *socer tuus* F. & ࠇࠌࠅࠄ *socer eius* F.

Non autem hoc fit cum Pronomine I. Personæ MEVS. e.g. Gen. XXI. 12. ࠁࠓࠀ࠰ࠀࠁࠅ *filia patris mei*: c. IV. 9. ࠄࠔࠌࠓ ࠀࠇࠅ ࠀࠍࠄ *num custos fratris mei ego*? Quemadmodum vero Chaldæi pro אָבִי *pater meus*, fere habent אַבָּא, ita hoc etiam Samaritæ imitantur sæpius. Gen. XXXI. 42. Ebr. אֱלֹהֵי אָבִי, & Syrus ܐܠܗܗ ܕܐܒܝ *Deus patris mei*: at Sam. ࠀࠋࠄ ࠀࠁࠄ, sicut etiam Onkelos habet אֱלָהָא דְאַבָּא *Deus patris*, vt א, ࠄ, emphaticum signum, κατ᾽ ἐξοχὴν declaret, quod Pronomine significandum erat. Sic cap. XLIV. 34. ࠀࠉࠊ ࠀࠏࠋࠄ ࠀࠋ ࠀࠁࠄ *quomodo ascendam ad patrem*? c. XLV. 3. ࠄࠏࠅࠃ ࠀࠁࠄ ࠇࠉ *num adhuc pater viuus*? vtrobique *meus* ab Ebræo & Syro additum est.

†In hoc consortium videtur etiam ࠁࠍ *filius* venire, Gen. XIX. 12. ࠁࠍࠉࠊ (Onkelos בְּנָךְ) *filius tuus*. Exod. IV. 25. ࠏࠓࠋࠕ ࠁࠍࠄ *præputium filii sui* Ziporæ. Sæpius autem vsurpant in Singulari Nomen ࠁࠓ, quam ࠁࠍ, quod causa est, cur rariora sint huius obseruationis exempla.

*Gen. XLV. 27. scriptum est ࠀࠁࠉࠄࠌ *pater eorum*, sine vlla litera interueniente.

IV. Verbis simpliciter, hoc est, sine mutatione alicuius literæ, suffigitur, vt ࠍࠇࠍࠉ *duxit me* Genes. XXIV. 27. ࠏࠔࠄࠅ *fecit illum* c. V. 1. ࠄࠅࠑࠀࠕࠊ *eduxi te* c. XV. 7. ࠉࠀࠊࠋࠅࠄ *comedent illum* Exod. XII. 9 ࠄࠏࠋࠅࠊ *ascendere fecerunt te* cap. XXXII. 4. Variant autem quæ vltimâ quiescunt, id est, in ࠄ vel ࠀ desinunt. Quiescens

enim illa interdum manet ante Suffixum, vt [Samaritan] *creauit illos* Gen. V. 2. præsertim si in vicarium [Samaritan], quod in Futuris potissimum fit, mutata fuerit, vt [Samaritan] *videbo illum* Num. XXIV. 17. interdum in [Samaritan] conuertitur, vt [Samaritan] *numerauit eos* Numer. I. 9. [Samaritan] *liberauit nos* Exod. II. 29. [Samaritan] *operuit eos* c. XXXVI. 36. nonnunquam, sed raro, plane excidit, vt [Samaritan] *videbit me* c. XXXIII. 20.

V. Inter Verbum & Suffixum intercedit quoque *epenthesis*, & quidem [Samaritan] Samaritanis & Chaldæis tam sæpe, vt, quasi cum ipsis Suffixis coaluisset, noua inde emerserint [Samaritan], [Samaritan], Futuris ferme propria, & [Samaritan] commune Futuris & Præteritis. Exempla supra dedimus. Deinde litera [Samaritan] subinde interponitur, quæ videtur ex Accusatiui nota [Samaritan] originem habere. v. g. Deut. III. 3. [Samaritan] *occidimus eum*, (quasi [Samaritan]) cap. XXIX. 7. [Samaritan] *occidimus eos*. Gen XXXII. 2. [Samaritan] *viderunt eos*, aut si singularis est, sicut ראם Ebraicum, ad formam [Samaritan] *percussit*, referri debet. Infinitiuis præaliis illud [Samaritan] familiare est, sed non una ratione. Aphel & Pael interdum Syro more in [Samaritan] finiunt, cui [Samaritan] superadditur itidem consuetudine Syrorum, e g. [Samaritan] *recordari me* Exod. XXXII. 34. vel [Samaritan] terminationis Infinitiuorum [Samaritan], quam cum Chaldæis communem habent, in [Samaritan] conuertunt, vt [Samaritan] *ad irritandum eum* Deut. IX. 18. Est vbi Infinitiuo Peal adiicitur [Samaritan]. Num. X. 36. [Samaritan] *in quiescere illius* arcæ, nisi [Samaritan] paragoge in [Samaritan] conuersa fuit.

* Sæpe pro Suffixis Coniunctis, præsertim [Samaritan] & [Samaritan], addunt Verbis separatas Particulas. vt [Samaritan] *benedixit illis* Exod. XXXIX. 43. [Samaritan] *benedicet vobis* Deut. I. 11.

VI. Particulis suffigitur sicut Nominibus, vt [Samaritan] *mecum*, [Samaritan] & [Samaritan] *cum illis*, [Samaritan] *ex te*, [Samaritan] *a nobis* (Exod. VI. 9.) [Samaritan] & [Samaritan] *ab illis* (Num. XXVI. 65.) [Samaritan] *post ipsos*, [Samaritan] *me*, [Samaritan] *nos*, [Samaritan] *vos*, [Samaritan] *illos* &c.

VII. Hic quoque, vt in ceteris linguis Orientis, Particulæ quædam Pluralium more (inserto [Samaritan]) Suffixa recipiunt. Tales sunt [Samaritan] *super* [Samaritan] *ante, coram*, quæ hanc legem constantius seruari postulant: v. g. [Samaritan] *super ipsum*, [Samaritan] *super eam*, [Samaritan] *super nos*, [Samaritan] *super ipsos*, [Samaritan] *super illas*, [Samaritan] *coram te*, [Samaritan]

[Samaritan] *ante ipsum* Genes. XLI. 43. [Samaritan] *ante vos* cap. XLV. 5. [Samaritan] *ante ipsos* Exod. XIV. 19. Aliæ vtroque modo sibi suffigi patiuntur, id est, lege Singularium & Pluralium Nominum, & huius ordinis sunt [Samaritan] *inter*, [Samaritan] *ad*, quo plerumque vtuntur pro אל Ebræo. Scribitur enim [Samaritan] *inter te*. [Samaritan] *inter nos*, vulgariter: & Gen. IX. 12. XVII. 10. [Samaritan] *inter vos*. Sic Exod. III. 14. [Samaritan] *ad vos*, & Genes. XXXVII. 18. [Samaritan] *ad illos*, &c.

[Samaritan] pro [Samaritan], vt [Samaritan] *ancilla eius*.

[Samaritan] pro [Samaritan], vt [Samaritan] *terra*, quod Morinus obseruauit: & inuersa vice [Samaritan] pro [Samaritan], [Samaritan] *testimonium* Exod. XX. 16.

[Samaritan] pro [Samaritan], [Samaritan] *post* Exod. III. 1.

Aliarum literarum permutatio.

Fit hæc pronunciationis vitio; & ob soni similitudinem, præcipue si scribarum ignorantia accedit. Sic

[Samaritan] pro [Samaritan], [Samaritan] *indicauit* pro חִוָּה Chald. [Samaritan] *posuit* ex שׁוִי vel שׁוָה quod interdum ab ipsis Samaritis scribitur: [Samaritan] pro [Samaritan] *medium* Gen. XXXV. 2. [Samaritan] *collum* c. XLI. 42.

[Samaritan] pro [Samaritan], Gen. XXV. 32. [Samaritan] (pro [Samaritan]) *ego vado.*

[Samaritan] pro [Samaritan], [Samaritan] *addidit* &c.

[Samaritan] pro [Samaritan], [Samaritan] *bellum* &c. vide Morinum.

Aphæresis etiam & Metathesis non nihil diuersitatis affert. Sic [Samaritan] *baculus*, ex מקל Exod. XII. 11. [Samaritan] *alius*, ex אָחֳרָן, licet Chald. etiam חוֹרָן in vsu sit. [Samaritan] pro [Samaritan] *erit*. [Samaritan] *vnus* ex Syro-Chaldaismo notum est. Transponunt vero literas in quibusdam vocibus, e. g. [Samaritan] & [Samaritan] *ligna* Gen. VI. 14 Lev. I. 12. 17. [Samaritan] & [Samaritan] *lignum*, vid. Not. p. 14. [Samaritan] *ecce*, pro [Samaritan], Gen. XVIII. 15. [Samaritan] cap. XXXV. 1. pro [Samaritan] *fugit.*

Interdum elidunt literam, præsertim gutturalem, vt [Samaritan] pro [Samaritan] *bestia*, [Samaritan] pro [Samaritan] *opus* &c.

Compositio & Crasis.

Composita Samaritani æque ignorant, quam Ebræi, Syri, Chaldæi: at duas voces integras interdum sine mutatione coniungunt, vt Gen. IX. 6. [Samaritan] *filius hominis*: c. XVIII. 15. [Samaritan] *parce tibi*: Deut. XXVII. 4. [Samaritan] *mons-Gerizim* &c. quod Syris solenne est, vt ܒܪܢܫܐ *filius-hominis*, ܒܟܠܙܒܢ *in omni tempore* &c. In Particulis etiam hoc vsu venit; vt [Samaritan] *procul-extra* Num. XIX. 3. ex [Samaritan] *foris*, gemino Præfixo [Samaritan] & [Samaritan], ac [Samaritan] *vltra*: [Samaritan] *ex quo*, מִדִּי Chald. atque ita ex gemino Præfixo.

Crasis

Crasis quoque seu coalitus Particularum vsu venit, præsertim in ࠄࠀ ecce cum Pronominibus, & ࠋࠀ vel ࠀࠋ ne, non cum Verbis. e.g. ࠄࠀࠍࠄ, quasi ࠄࠀ · ࠀࠍࠄ ecce ego Gen. XXII. 11. Exod. X. 4. ࠄࠀࠕࠅࠍ ecce vos Deut. I. 10. ࠋࠀࠕࠅࠎࠐࠍ ne addas c. III. 26. ࠋࠀࠕࠔࠐࠊࠅࠍ ne effundatis Gen. XXXVII. 22. ࠋࠀࠕࠉࠓࠀ ne timeas c. XLVI. 3. ࠋࠀࠕࠓࠑࠇ ne occidas Exod. XXIII. 7. ࠋࠀࠕࠒࠇ ne accipias comm. 8. quibus vulgare ࠋࠉࠕ non est adiicimus, Syris quoque & Masorethis vsitatissimum, pro quo etiam ࠀࠍࠉࠕ reperitur Gen. XLII. 36.

* ࠄࠋࠍࠉ ne quæso, Ebr. אַל נָא Gen. XLVII. 29. ࠄࠋࠉࠕࠒࠍ ne effer-nescat, c. XXXI. 35. ࠉࠓࠇࠕ qui post Exod. XI. 5.

CAPUT XII.

De Syntaxi & Numeralibus.

I. Comparatiuus describitur per ࠌࠍ præ, sicut apud Ebræo-Syros. v.g. Exod. V. 5. ࠀࠓࠏࠄ · ࠌࠏ · ࠌࠍ · ࠎࠂࠉࠀࠍ plures, quam populus terræ (Ebr. Syr. Chald. Particulam Comparationis non habent, at Ebræo-Sam. pro עם populus, ࠌࠏࠌ præ populo) Gen. XXXVIII. 26. ࠑࠃࠉࠒࠄ · ࠌࠍࠉ iustior est me. c. XLIX. 12. oculi ࠏࠉࠍࠉࠅ ࠌࠍ · ࠌࠏࠓ rutilantiores vino.

II. Superlatiuus vel Aduerbio significatur, vel geminato Positiuo, v. g. Gen. I. 31. ࠈࠁ · ࠌࠀࠃ bonum valde, id est, optimum: c. XVII. 2. ࠁࠌࠀࠃ · ࠌࠀࠃ in valde, valde, hoc est, maxime.

III. Exclusiuum Solus per Aduerbium exclusionis & Suffixum Personæ describitur, quod itidem fit in ceteris Orientalibus linguis. Genes. XXXII. 24. relictus est Iacob ࠋࠁࠃࠄ tantum ille, id est, solus: cap. II. 18. non est bonum esse hominem ࠋࠁࠃࠏ (ࠏ pro ࠄ) tantum illum, i.e. solum. Sic etiam ࠋࠁࠃࠄࠀ sola c. XLII. 38. ࠋࠁࠃࠅࠍ solos cap. XXI. 29. & cum Suff. I. Pers. Deut. I. 9. ࠋࠀ · ࠀࠅࠊࠋ · ࠋࠁࠃࠉ ࠋࠌࠔࠀ · ࠀࠕࠊࠅࠍ non potero solus ferre vos.

IV. Adiectiuum virilis Generis interdum Substantiuo fœminino adiungitur. Genes. VI. 2. ࠁࠍࠕ ࠀࠃࠌ · ࠈࠁࠉࠍ filia pulcræ: cap. XLI. 19. ࠐࠓࠅࠕࠀ · ࠏࠅࠓࠍࠉࠍ vaccæ aliæ. idem contingit Verbis: comm. 21. ࠏࠋࠅ · ࠁࠀ cum ingressi sunt vaccæ.

V. Numeralia Cardinalia, vt solet in Oriente, a III. ad X, permutant Genera, hoc est, cum Masculinis Fœminea, & cum Fœmininis Masculina plerumque componuntur: etiam in Singulari adduntur Nominibus Pluralibus. e g. [Samaritan] · [Samaritan] *dies unus* Gen. I.5. [Samaritan]·[Samaritan] *arietes duo* Num.XXIX.20.[Samaritan]·[Samaritan] *duo anni* Gen. XLV.6. [Samaritan] ·[Samaritan] *tres filii* c.VI. 10. [Samaritan] [Samaritan] · [Samaritan] *tres vxores filiorum eius* cap. VII.13. · [Samaritan] [Samaritan] *quatuor dominatores* c.XIV.9. [Samaritan] · [Samaritan] *quatuor oues* Exod. XXII. 1. [Samaritan] · [Samaritan] *quinque boues* ibid. [Samaritan] · [Samaritan] *quinque anni* Genes.XLV.11. [Samaritan] · [Samaritan] *quinque mutatoria vestes* comm. 22. [Samaritan] ·[Samaritan] *sex filios* cap. XXX.20.[Samaritan]·[Samaritan] *septem anni* Gen.XLI.29.[Samaritan]·[Samaritan] *septem vaccæ* comm. 18. [Samaritan]·[Samaritan] *octo tabulæ* Exod. XXVI. 25. [Samaritan]·[Samaritan] *vitulis nouem* Numer. XXIX. 26. ·[Samaritan] [Samaritan] *decem asinos* Gen. XLV.23. [Samaritan] · [Samaritan] *decem asinas*, ibid.

* Plurima ex his etiam in Statu Constructo sæpe ponuntur, v. g. [Samaritan]·[Samaritan] *duo angeli* Gen. XIX. 1. [Samaritan] · [Samaritan] *duas uxores suas* c. XXXII. 22. [Samaritan]· [Samaritan] *sex dies* Exod. XX. 9. [Samaritan] · [Samaritan] *octo boues* Num. VII. 8. [Samaritan] [Samaritan] *nouem tribus* c.XXXIV.13.[Samaritan]·[Samaritan] *decem verba* Deut IV, 13. & cum [Samaritan] parag. [Samaritan] Exod.XXXIV.28.

VI. Cardinalia sæpius præcedunt suum Nomen, vt exempla iam probarunt; interdum etiam sequuntur, (& [Samaritan] *vnus* quidem semper) vt [Samaritan] [Samaritan]· [Samaritan] *pulli decem* Gen. XXXII. 15.

VII. Numeralia denariis aucta, vt *viginti*, *triginta*, &c. tam cum Singularibus Nominibus, quam Pluralibus componi possunt. e. g. Gen. XXXII. 14. 15. [Samaritan] ·[Samaritan] *hircos viginti*, ·[Samaritan] [Samaritan] *camelos triginta*: at c. XXXVII. 28. [Samaritan] ·[Samaritan] *viginti argenteis*, & Num. IV.3. [Samaritan] · [Samaritan] *triginta anni*. Reliqua sunt [Samaritan] *quadraginta* Gen. XXXII.15. [Samaritan] *quinquaginta* Deut. XXII.29. [Samaritan] *sexaginta* Genes. XXV. 26. [Samaritan] *septuaginta* Exod. I. 5. [Samaritan] *octoginta* c. VII. 7. [Samaritan] *nonaginta* Gen. V. 9. [Samaritan] *centum*, vide p. 31 notata. [Samaritan] *mille* Gen. XX. 16, atque ita pleraque cum Ebræis conueniunt.

VIII.

VIII. Compositi Numeri a X ad C minorem fere præponunt maiori. e.g. ࠀࠇࠃ ࠏࠔࠓ *vndecim* Gen. XXXII. 22. ࠔࠕࠉࠌ ࠏࠔࠓࠄ *duodecim* Fœm. Exod. XV. 27. ࠀࠓࠁࠏࠄ ࠏࠔࠓ *quatuordecim* Num. XXIX. 20. &c. ࠔࠌࠍࠉࠌ ࠅࠔࠋࠔ *octoginta tres* Exod. VII. 7. Compositio autem numeri, qui centenarium excedit, ab hoc ordine libera est, hoc est, minor præponi & postponi potest. Gen. XIV. 14. ࠔࠌࠍࠄ ࠏࠔࠓ ࠅࠔࠋࠔ ࠌࠀࠅࠕ *trecenti & duodeviginti:* Deut. XXXIV. 7. ࠁࠍ ࠌࠀࠄ ࠅࠏࠔࠓࠉࠌ ࠔࠍࠄ *filius centum & viginti annorum.*

* Ordinalia, vt cęteris Orientalibus, ita etiam Samaritis non sunt vltra denarium. ࠓࠀࠔ vel ࠓࠔ hîc etiam *primus* sonat, rarius ࠓࠀࠔࠉࠕ vel ࠓࠀࠔࠕ reperitur: ࠔࠍࠉ *secundus* ࠔࠋࠉࠔࠉ *tertius*: ࠓࠁࠉࠏࠉ *quartus*, ࠇࠌࠉࠔࠉ *quintus* &c. Numeri supra denarium per Cardinales declarantur, v. g. Num. XXXIII. 38. ࠁࠔࠍࠕ ࠄࠀࠓࠁࠏࠉࠌ *anno quadragesimo.*

IX. Pronominis Relatiui Casus Obliqui describuntur pleonastice. e.gr. ࠀࠔࠓ ࠋࠅ *cui* Deut. IV. 7. ࠀࠔࠓ ࠋࠀ ࠉࠃࠏࠕࠌ *quos non cognouistis* c. XIII. 13. Sæpe tamen nudum ࠀࠔࠓ Accusatiui vices sustinet, vt Gen. VI. 2. ࠀࠔࠓ ࠁࠇࠓࠅ *quas elegerunt.* Sed tamen אֵת אֲשֶׁר *quem* accuratius plerumque efferunt, Deut. XXIV. 9. XXV. 17. ࠆࠊࠅࠓ ࠀࠕ ࠀࠔࠓ ࠏࠔࠄ *recordare, quod fecit.* Num XXIII. 12. ࠀࠕ ࠀࠔࠓ ࠉࠔࠉࠌ *quod posuerit.* at Genes. IX. 24. אֵת אֲשֶׁר per simplex ࠀࠔࠓ expressum est.

X. Multitudinis Nomina frequentissime assumunt Verbum Plurale. Gen. XLI. 57. ࠅࠊࠋ ࠄࠀࠓࠑ ࠁࠀࠅ *omnis terra venerunt*, XLV. 2. ࠅࠉࠔࠌࠏࠅ ࠁࠉࠕ ࠐࠓࠏࠄ *audiuerunt domus Pharaonis.* Num. XXI. 7. ࠅࠉࠁࠀࠅ ࠄࠏࠌ ࠅࠉࠀࠌࠓࠅ *& venit populus & dixerunt.* Deut. XXVII. 26. ࠅࠀࠌࠓࠅ ࠊࠋ ࠄࠏࠌ *& dicent omnis populus*, Ebr. וְאָמַר *& dicit*, at Ebræo-Sam. ࠅࠀࠌࠓࠅ *& dicent.*

XI. Contra Plurale Nomen cum Verbo Singulari interdum componitur. Gen. I. 14. ࠉࠄࠉ ࠌࠀࠅࠓࠕ *erit luminaria.* c. VI. 1. בנות ࠉࠋࠃࠄ *filia nata est*, (יֻלְּדוּ Ebr.) Deut. XXXI. 21. ࠌࠑࠀࠕࠍ ࠓࠏࠅࠕ ࠓࠁࠅࠕ *invenerint me mala multa.* Tamen vbi Ebræus noster aliis locis hac figura vtitur, videmus id neglectum a Samaritanis. v. g. Gen. XXXV, 26. בְּנֵי יַעֲקֹב אֲשֶׁר יֻלַּד לוֹ *filii Iacobi, qui natus est ei:* Ebræo-Sam. ࠀࠔࠓ ࠉࠋࠃࠅ ࠋࠅ, & Interpres ࠃࠉ ࠀࠕࠉࠋࠃࠅ ࠋࠄ *qui nati sunt ei.* Num. XXXII. 25. וַיֹּאמֶר

P 2 בני

בְּנֵי גָד & *dixit filiis Gad*, Ebræo-Sam. [Samaritan], Interpres [Samaritan] & *dixerunt*.

* Nomina *dominis* hic nihil peculiare habent. Gen. XXIV. 9. & XXXIX. 19. pro אֲדֹנָיו est [Samaritan] *dominus eius*: Exod. XXI. 29. pro [Samaritan] בְּעָלָיו *possessor eius*. Nec Samaritis curæ est singularissima illa constructio vocis [Samaritan] cum Plurali Verbo, sed Gen. XX. 13. vbi nostri libri habent הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים *errare fecerunt me Elohim*, Ebræo-Sam. legit vnitatis numero [Samaritan], & interpres [Samaritan]

XII. Infinitivus vel absolute ponitur, vt [Samaritan] *dies creare*, Ebr. בְּרֹא, id est, *quo creauit*, sicut Syrus [Syriac] & Chald. דִּבְרָא verterunt) Gen. V. 1. [Samaritan] *dies creari illos* comm. 2. vel cum Præfixis literis, nec tantum cum [Samaritan], vt Syris lege cautum est; sed etiam cum [Samaritan] & [Samaritan]. v. g. [Samaritan] *surrexerunt ad consolari* Gen. XXXVII. 35. [Samaritan] *ne timeas a descendere* cap. XLVI. 3. Syr. [Syriac], ל loco מ assumto: [Samaritan] *in dicere Dominum mihi* Deut. IV. 10. Syr. [Syriac], Onkel. כְּדְאֲמַר *postquam dixit*. [Samaritan] *in mittere me* Num. XXXII. 8. hoc est, *cum mitterem*: [Samaritan] *in interficere me*, id est, *cum interficiam* Exod. XII. 13. quod Syrus necesse habuit ita distinguere [Syriac] *cum interficiens ego* sum.

† Constructio Verbi cum seipso est eadem, quæ apud Syros & Ebræos, v. g. Gen. XLIII. 20. [Samaritan] *descendendo descendimus*: interdum pro infinitivo Nomen ponunt, vt [Samaritan] *recordatione recordabitur* c. L. 24. Ebr. *visitando visitabit*.

XIII. Pleonasmus Particularum elegans est. Sic dicunt [Samaritan] *a super manu*, hoc est, *de manu* Gen. XLI. 42. [Samaritan] *ab amico* Exod. XI. 2. [Samaritan] *ab [ex] medio* comm. 15. &c.

Reliqua ex Ebraismo petantur. v. g. [Samaritan] *vocauit* cum [Samaritan] construitur Gen. I. 5. &c. sicut קָרָא Ebræum, & [Syriac] *seruiuit* cum Accus. Personæ, quia עָבַד eum Casum requirit, vid. Deut. XXVIII. 48. &c.

GLOS-



GLOSSARIUM ET INDEX.

* Numeri sine Biblicis libris, notant paginas Excerptorum & Grammaticæ. Pure Ebræa prætermissa sunt.

[Samaritan] *pulvis* Exod.9.9.
[Samaritan] *as, nummus* כֶּסֶף Gen. 20, 14.
[Samaritan] *frater* 70.
[Samaritan] *merces* 10. *tectum*. Pl. *nares* Gen. 2. 7. c. 7. 22.
[Samaritan] *manus* 8. *qui, quæ* Exod. 20. post *v.* 22. præsertim cum Præf. [Samaritan] בַּאֲשֶׁר Gen. 39, 9. [Samaritan] אֲשֶׁר לַ 47. 24. item *Tunc*, אָז Gen. 39, 5.
[Samaritan] & [Samaritan] *antequam.*
[Samaritan] *sanguis* 8.
[Samaritan] *terra* 9.
[Samaritan] *auris* 38.
[Samaritan] *luminaria* 1.
[Samaritan], *abiit, iniit* 11. 16. 105.
[Samaritan] *lucus*, אשר.
[Samaritan] *baculus* Gen. 30, 37.
*[Samaritan] *vir* 38.
[Samaritan] *cibus* Gen. 14. 11.
[Samaritan], [Samaritan], [Samaritan] *Deus.*
[Samaritan] *exploravit*, [Samaritan] *explorator.*
[Samaritan] *exspectavit* Aph. [Samaritan] *fidus* 50.
[Samaritan] *dictus est* 46. [Samaritan] *sermo* 51.
[Samaritan] *agnus* 29.
[Samaritan] *lucrum, præda.*
[Samaritan] *homo* 5. &c.

[Samaritan] & [Samaritan] *lex* 47.
[Samaritan] *via, iter* (ארח) 20. 27. 51. etiam [Samaritan] Gen. 33. 16.
[Samaritan], Aph. [Samaritan] *prolongavit.*
[Samaritan] & (Gen. 41. 56.) [Samaritan] *terra* 70.
[Samaritan] *autor, caput* Gen. 4, 20.
[Samaritan] *ignis* 54. [Samaritan] *febris.*
[Samaritan] vel [Samaritan] *est, sunt* 104.
[Samaritan] & [Samaritan] *venit* 105. Aph. 38.
[Samaritan] *asina.* [Samaritan] *fornax.*
[Samaritan], [Samaritan] *locus.* 14. 16. 19.
[Samaritan] & [Samaritan] mulier, *uxor* 3. 15.

[Samaritan]

[Samaritan] & [Samaritan] *displicuit, ægre tulit.* Pael [Samaritan] *ægrotavit* Gen. 48, 1.
[Samaritan] *dispersit, separavit* 45.
[Samaritan] *perdidit* Exod. 23, 23.
[Samaritan] *turbatus est.*
[Samaritan] *splendor* Lev. 13. 24.
[Samaritan] *celavit* Gen. 47, 18.
[Samaritan] *intellexit.* 99.
[Samaritan] *amaritudo.* Num 5, 18.
[Samaritan] *pernoctare* 16. 54. [Samaritan] *diversorium* 27.
[Samaritan] *contemtio: præda* בז
[Samaritan] *cessavit* 2. [Samaritan] *præputium.* 28.
[Samaritan] *utero gestavit* 3.
[Samaritan] *festinatio* a [Samaritan].

ࠁࠉࠑࠄ *ovum*, בֵּיצָה, Ebr.
ࠁࠉࠔ *malus*, ࠁࠉࠔࠅࠕ *malitia* 6.
ࠁࠉࠕ *domus*, Pl. ࠁࠕࠉࠄ 30.
ࠁࠊࠉ & ࠁࠊࠉࠕࠄ *fletus* 21.58.
ࠁࠊࠉࠓ *primogenitus*.
ࠁࠔࠓ *expedivit*: item *caro*: ࠁࠔࠅࠓ *accinctus, agmen*.
ࠁࠏࠅ *quaesivit* 27.54.
ࠁࠏࠉࠓࠄ *iumentum* 110. *lampas*.
ࠁࠏࠔ *male fecit* Gen. 31,7.
ࠁࠏࠕ *horruit, timuit* Syr.
ࠁࠑࠓ *minuit* 52.
ࠁࠓ *filius*, ࠁࠓࠕࠄ *filia* 34.
ࠁࠓࠄ *campus*, ࠁࠓࠕࠉ *campestris* 51.
ࠁࠓࠉ *purus, innocens* Deut. 27,25.
ࠁࠓࠒࠕࠄ *velamen* Exod. 34,33.
ࠁࠔࠅࠋ *coctus* 30.
ࠁࠕࠓ *post* 41. ࠌࠁࠕࠓ *die crastino*.

ࠂ

ࠂࠁ & ࠂࠅ *medium* 19. ࠂࠁࠕࠄ *intestinum* 30.
ࠂࠁࠓ *vir, homo*.
ࠀࠂࠉࠁ Aph. *respondit* 22.52.
ࠂࠅࠉ, ࠂࠅࠅࠀࠄ *gens*, Pl. ࠂࠅࠅࠉࠄ 11.
ࠂࠅࠓ *moechari* 35. ࠂࠉࠅࠓ *advena* 34.
ࠌࠂࠉࠓ *vicinus* 29.
ࠂࠆࠓ *secuit, circumcidit*: גזרתה *circumcisio* 28. idem, & גזר & גזירתה & אגזרתה *decretum* 31. גזור *segmentum*, *frustum* Levit. 2,6.
ࠂࠉࠋ *generatio*, *aetas* 11.
ࠂࠋࠀ *revelavit*, Ithp. 8.
ࠂࠉࠌࠔࠅ *torques* 21.
ࠀࠂࠍ *tabernaculum* 15.
ࠂࠍࠅ *opprobrium* 58.
ࠂࠍࠎࠄ *genus* Gen. 7,14. γένος.
ࠂࠏࠍ *inclinavit* 15.
ࠂࠐࠐ *amplexus est*. Gen. 29,13.
ࠂࠐࠉ *gibbosus* Lev. 21,20.
ࠂࠓࠉ Pl. *sagitta* Num. 24,8.
ࠂࠓࠌ *os, ossis*. *ipse* 76.
ࠂࠓࠍ *comedit* Lev. 11,40.
ࠂࠔࠔ *luctatus est* 18.

ࠃ

ࠃࠁࠁࠄ *inimicus* 51. ࠃࠁࠁࠅ *inimicitia* 2.
ࠃࠁࠇ *sacrificavit* & *sacrificium* 22.
ࠌࠃࠁࠇ *ara* 19.
ࠌࠃࠁࠓࠄ *desertum* 26.
ࠃࠂࠉࠍ *frumentum* Gen. 27,28.
ࠃࠃࠉ 46. 107.
ࠃࠄࠁࠄ *aurum* 38.
ࠃࠄࠒ *duxit* 26.
ࠃࠅࠓ *fluxit*, Chald.
ࠃࠅࠄ *doluit*: ࠃࠁࠀࠅࠀ *dolor*.
ࠃࠉࠀࠍ *iudex* 13.
ࠀࠃࠉࠒ Aph. *respexit, attendit*. Gen. 18.16. Ch.
ࠃࠅࠓ *habitare* 19. ࠃࠉࠀࠅࠓ *habitator* Gen. 34,30.
ࠃࠇࠋ *timuit* 23. ࠃࠇࠋࠀࠄ *timor* 7.
ࠃࠊࠉ *mundus*, *purus* 48. ࠄࠃࠊࠄ *purificavit* 19.
ࠃࠊࠓ *recordatus est* 39. Nom. *mas* 1. item *aries* 112. ࠃࠊࠓࠍ *memoria* 31.
ࠃࠋࠒ *dolose egit* Exod. 9,17.

ࠃࠋࠒ

ࠇࠉࠄ

ࠇࠉࠄ & ࠇࠉࠀ *vivificavit.* 104.
ࠇࠉࠋࠄ, ࠇࠉࠋࠅࠕࠄ *potens, robur, Deus* 9.
ࠇࠊࠌ *cognovit, sciuit* 3.14.
ࠇࠊࠉࠌ *senex* 44.
ࠌࠇࠊࠌࠅࠕ *scientia* 51.
ࠇࠋࠋࠄ *cœlum* Gen.1,20.
ࠇࠋࠉࠍࠍ *successor* 10.
ࠇࠋࠉࠍࠕ *pro, loco, vice.*
ࠇࠅࠋࠒ *pars portio* 2.
ࠇࠌࠅࠉ *socer, sponsus* 28.
ࠇࠌࠕࠓ (& sine ࠕ) *asinus* 35.
ࠇࠌࠓ *vinum* 9. ࠇࠌࠉࠍ *fermentum.*
ࠇࠎࠉ *sanavit*, Ch. אסי, Gen.20,17.
ࠇࠎࠍ *murus* 32.
ࠇࠅࠎ, חוס, *pepercit* Gen. 19,17.
ࠇࠑࠃ *messuit: messis.* ࠇࠑࠃࠑࠃ *messis* 7.43.
ࠇࠓࠓ *libertate donatus*: ࠇࠓࠅࠕࠄ *libertas.*
ࠇࠓࠑࠉࠍ Pl. *lumbi* Deut 33:11.
ࠇࠔࠊ Pael & Aph. *obscuravit* 32.
ࠇࠕࠉࠊ luxatus 19.

ࠈ

ࠈࠊࠓ (כ pro ו) *mons* Gen. 8,4.
ࠈࠅࠓ *mons* 37.
ࠈࠁ *bonus* 2.
ࠈࠅࠐࠍࠄ, ࠈࠐࠅࠍࠄ *diluvium.*
ࠈࠋࠈࠋ *amovit, pervertit.*
ࠈࠋࠉ *puer* Gen.19,4.
ࠈࠋࠌ *oppressit* Gen.49,23.
ࠈࠋࠌࠎ *formavit, creavit* 1.
ࠈࠋࠒ *iniecit, proiecit* 14.
ࠈࠌࠓ *abscondidit* 7.
ࠈࠏࠄ *erravit*, Gen. 20,13. Hiph.
ࠈࠅࠎ *volavit* Deut. 4,17.
ࠈࠐࠉ *exstinctus est* Ch.
ࠈࠐࠋ *parvulus* Gen.43,8.
ࠈࠐࠓ *unguis, ungula* Ch.
ࠈࠐࠔ *stultus fuit, corrupit* Ch.
ࠈࠓࠃ *expulit* Gen.3,24. Syr.
ࠈࠓࠍ *murmuravit* Num.13,34.
ࠈࠓࠎ *ursit* Gen. 19,15.
ࠈࠓࠐ *deseruit* Deut.31,8.

ࠉ

ࠉࠀࠉ *pulcer* Gen. 39,6. F. ࠉࠀࠉࠄ c.12.11. Pl. ࠉࠀࠉࠕࠍ c.41,2.
ࠉࠓࠕ *herba* Gen. 1,12.
ࠉࠕࠉࠓ *illustris, pulcer* 46.
ࠀࠉࠁࠋ *deduxit* 32. *attulit* Genes. 42,19. (ubi ࠈ pro ࠕ) ࠉࠉࠁࠋ Fut. Deut. 28,36.
ࠉࠓࠉࠔ *mustum* Exod. 27,28.
ࠉࠍࠓ *rixatus est; mercatus est.*
ࠕࠅࠃࠅࠕ *confessio* Lev.7,12.
ࠕࠅࠃࠇ *abscondidit*, Gen.3,10.
ࠉࠄࠁ *dedit* 104.
ࠉࠅࠌࠄ & ࠕࠉࠌࠌ *dies* 1.7.
ࠉࠅࠌࠍ *hodie* 55. seq.
ࠄࠅࠎࠍ *addidit*, הוסיף 6.52.
ࠕࠅࠇࠉ *vivificavit* 22. & Gen. 7,3. Ittaph. *vixit* 40.98.104.
ࠉࠒࠓ *aggravavit*: Nom. *magnus, gravis.*
ࠉࠊࠋ *potuit* 106. ࠉࠊࠋࠄ *potens* Exo. 15,1. ࠉࠊࠋࠅࠕ *potentia* comm.7.
ࠉࠕࠉࠁࠍ *habitantes* Gen.13,7.
ࠕࠍࠇ & ࠕࠕࠍࠇ *statuit, posuit*, Gen.3,12.
ࠉࠁࠉࠔࠄ *terra* Gen.19,23.

ࠄࠅࠈࠓ

incendit (Syr. اسر) Lev. 1, 9. c. 2. 2. &c.
pulcer fuit & pulcre egit 9.
indigena 44.
clausit, ligauit.
fumans, ignitus 49. *combussit* 30. Ethp. idem 47.
honorauit 35.
docuit Exod. 4, 12.
mensis 28.
possessio 51.
planities, vallis Gen. 14, 8.
sedit, mansit, *habitator* 13. *peregrinatus est* 44. *peregrinationes* 23.
reliquit 30. *relictus est* 18.

&
vstio.
concubinæ Pl. Gen. 25, 6.
& *disposuit, præparauit* 1. & Gen. 43, 16.
rescidit, fregit.
mentitus est 43.
spina, tribulus, Syr. 3.
calix Exod. 25, 29.
vniuersitas, omnis 2.
fugitiuus Gen. 4, 12. كلي *latuit, se latibulo abdidit.*
aliquid, quidquam, Ch. 14.
latuit, insidiatus est.
caligauit 57. pro

humilis 46. *humiliauit.*
collegit 48. *congregatio, ecclesia* 28.
vestimentum 20. כסואה *pallium, vestis* 25.
fœnerari, *vsura.*
duplicata 21, pro quo alius interpres retinet Ebr.
fames. Genes. 26, 1. Deut. 28, 48.
vici, חֲצֵרִים Lev. 25, 31.
emit Gen. 43, 24. 42.
proclamauit, *præco* 21. item *libertas* Lev. 25, 10.
populus, *familia* 9.
percussit, læsit Exod. 21, 35.
rectus fuit Num. 23, 27.
paries Ebr.
linum Exod. 9, 31.
exspectavit: inde 26. quod Castello Verbum est (sed irregularis formæ pro *exspectaui*) vel Nomen, *exspectatio mea*, vt versione nostra reddidimus. Deinde *permisit* Gen. 31, 28.

ל
labor, molestia Ex. 18, 8. &c. Ch. לאות a לאה.
audere, animum efferre Exod. 19. 21. *dilectus* 14.
afflixit, *pauper* 43.
fumauit Exod. 19, 18. inde לַהַב *flamma.*

[Samaritan] Aph. *conturbauit.*
[Samaritan] *perturbatio* Deut. 28.20.
[Samaritan] *maledicere*, etiam [Samaritan] & [Samaritan] 3.9.37.
[Samaritan] *tortuose*, *retrorsum* Genes. 9, 23.
[Samaritan] Aph. *combussit* Gen. 11, 3.
[Samaritan] *massa* Exod. 12, 34.
[Samaritan], [Samaritan] & [Samaritan] *tantummodo*, 6. 18. 111.
[Samaritan] & [Samaritan] *nox* 1. 7. 29. utrumque Masc. Gen. 19, 35. & c. 32. 22.
[Samaritan] *arcus* 8.
[Samaritan] *circumcidit* 12.
[Samaritan] *cogitauit, molitus est* Gen. 11, 6.
[Samaritan] *lusit, iocatus est* Gen. 19, 14.
[Samaritan] *laborauit, fatigatus est.*
[Samaritan] *sudor*, 3. *aurora* Genes. 19, 15.
[Samaritan] *germinauit*, [Samaritan] *germen* Gen. 1, 12.
[Samaritan] *expergefactus est* Gen. 9, 24.
[Samaritan] *vapulauit*, *periit* Genes. 19, 5. Hiph. *pluere fecit* 13.
[Samaritan] *collegit* 43. *struxit* Deut. 32, 41. [Samaritan] *spicilegium* 43.
[Samaritan] *proiecit*: [Samaritan] *reptile.*
[Samaritan] *profudit* 5.

[Samaritan]

[Samaritan] *desertum* Gen. 21, 14.
[Samaritan] & [Samaritan] *fortasse.*
[Samaritan] *centum* 31.
[Samaritan] Pl. *horrea.* Exod. 1, 11.
[Samaritan] *gratis, frustra* 34.
[Samaritan] *declinauit, diuertit* 15.
[Samaritan] *frons* Exod. 28, 38.
[Samaritan] *timuit* Deut. 18, 22.
[Samaritan] *mori*, [Samaritan] *moriens* 99. & [Samaritan] Deut. 4, 22. [Samaritan] *mors* 56.
[Samaritan] *percussit* 100. & [Samaritan] 51.
[Samaritan] *deleuit* 39.
[Samaritan] *aduenit, pertigit* 16. Ch.
[Samaritan] *pluuia* Gen. 7, 12.
[Samaritan] *fluxus, exitus* Lev. 12, 7.
[Samaritan] *locutus est*: [Samaritan] & [Samaritan] *verbum*, *res*: Plural. etiam [Samaritan] &c.
[Samaritan] *hausit*: & Ebr. *repleuit* 7.
[Samaritan] *plenitudo* Gen. 1, 16.
[Samaritan] *possedit* 3. an etiam *monstrauit, promisit*? 9.
[Samaritan] *byssus* 21. Ch.
[Samaritan] *pecunia, munus* 53.
[Samaritan] *numerauit* 49. [Samaritan] *numerus* 29.
[Samaritan] *pabulum* Gen. 42, 27.
[Samaritan] *μέσον, medium* Gen. 1, 6.
[Samaritan] *tradidit* 10. *visitauit* 41.
[Samaritan] *noluit, renuit* 20. & [Samaritan] pro [Samaritan] *percussit.*
[Samaritan] *percussio, plaga* Deut. 29, 22.
[Samaritan] *medium* 32.
[Samaritan] *Dominus* Exod. 4, 10. c. 5, 22. de Deo.
[Samaritan] *amarus*, [Samaritan] *res amara.*

[Samaritan]

ࠎ

ࠎࠀࠁ *pollutus est* Levit. 5, 3. סיב *polluit* 54.
ࠌࠎࠀࠍ *calceus*, & sine ࠀ, 26. 30.
ࠎࠉࠁࠅ *canities* 45.
ࠎࠁࠋ *tulit, portauit* 42 etiam *condonauit* Gen. 18.26.
ࠎࠅࠁࠓ *consolatus est* 15. סבר *sustinuit.*
ࠎࠂࠄ *creuit* 7.
סגי *multus* 24. *multitudo.* Gen. 27,28.
ࠎࠂࠃ *adorauit*, cum ࠋ, 33.
סדר *ordinauit* 55. N. *ordo* 25.
ࠎࠄࠃ *testatus est* 35. vide כעד
ࠎࠅࠃ *cor, arcanum* 6.
ࠀࠎࠉࠐ *consumsit* Genes. 31, 40. a סוף *deficere.*
ࠎࠉࠏࠃ *auxilium* Gen. 12,15.
ࠌࠎࠇࠍ *possessor*, *dominus* Exod. 21, 29. סחן *possedit, lauit.*
ࠎࠈࠄ *recessit* 25. Aph. *remouit* 19. 10.
ࠎࠉࠌ *signum*, נס, 49.
סכוי *oculus, conspectus* 58.
ࠀࠎࠕࠊࠋ *contemplatus est* 27.
ࠎࠊࠌ *finiuit, absoluit* 42.
סכום *finis* Gen. 8.6.
סכינה *culter* 14. Ch.
סלח *expiauit* 42. סלוח *propitiatorium sacrificium* 48.
ࠎࠋࠒ *ascendit* 16.19.23. Defectiuum.
ࠎࠋࠍ *hausit* Gen. 24, 19. סלוף *pudendum* c. 9, 23.

ࠎࠌࠉ Pael *excaecauit* 53.
ࠎࠌࠊ *fulciuit, posuit* 42. 58.
ࠎࠉࠌࠍ *signum*, Graec. 8.
ࠎࠌࠅࠒ *rufus* 47. סמק *rubuit.*
סנא *odit* 10.
סניה *rubus, frutex* 26.
ࠎࠏࠃ *testatus est* : *dotauit.* Nom. *testis, ornamentum.* Adv. *usque* 7.
סעדו *testimonium* 35.
ࠀࠎࠐࠍࠄ *perdidit* Genes. 18, 23. passive Num. 16, 26.
ࠎࠐࠒ *sufficiens* 11. item *alimentum.*
ࠎࠓࠅࠇ impius 13.
ࠀࠎࠓࠊ Aph. *esurire fecit* 51.
סרכן *fames* Gen. 42, 19.
ࠀࠎࠕࠅ *hiems* 7. סְתָו Ebr.

ࠏ

ࠏࠀࠍ & ࠏࠍ *grex* 26. etiam de singulis ouibus Exod. 22, 1.
ࠏࠁࠃ *fecit* 1. ࠏࠁࠅࠃࠄ, ࠏࠁࠉࠃࠄ *opus* 34.
ࠏࠁࠀࠓ *albus* 25.
ࠏࠉࠋ *vidit* 5.
ࠏࠃࠄ *confortauit* Gen. 18, 5.
ࠏࠃࠍ *tempus* Syr. 10.
ࠏࠃࠉࠍࠄ *excellentia* Gen. 6, 4.
ࠏࠅࠁ *peccatum* 34. Fœm. 39.
ࠀࠕࠏࠉࠁ *peccauit.* ibid.
ࠀࠏࠒ Aph. *arctauit.* ࠏࠒࠄ *angustia* 20.
ࠀࠏࠉࠌ *cinxit, obfirmauit.*

ࠀࠕࠏࠉࠁ

ࠐ

ࠐࠋࠂ *diuisit* Exod. 14, 16. *ad possidendum* scil. Num. 34, 13. ࠐࠋࠂࠕࠄ *hereditas.*

ࠐࠋࠇ *seruiuit* Gen. 15, 14.

ࠐࠋࠅࠌ *sphara* 1.

ࠐࠋࠂ *irrigavit* Gen. 2, 10.

ࠐࠋࠏ *dominatus est* Lev. 25 43. 46.

ࠐࠋࠏࠍࠕࠄ *opus, effectum* 1.

ࠐࠋࠅࠒ *firmamentum, sphara* 1.

ࠐࠋࠉࠒࠄ *ostium* Gen. 19. 6.

ࠐࠍࠎ (Ch. כנס) *irritauit* Deuter. 32, 16.

ࠐࠎࠎ *conspersit* Exod. 29, 40.

ࠀࠕ.ࠐࠎࠇ *corruptus est* Gen. 6, 12.

ࠐࠎࠒ *cessauit* 2. *diuisit.*

ࠐࠎࠒࠅࠋ *fœdus, pactum* 8.

ࠐࠏࠕ *minuit, minor fuit* 28.

ࠀࠕࠐࠑ *absconditus est* Gen. 3, 8.

فصّ *separavit.*

ࠐࠑࠄ *liberauit* 19. ࠐࠑࠅࠀࠕࠄ *liberatio* 26.

ࠐࠑࠃࠉ *sulphur* 13.

ࠐࠅࠒࠃࠄ *praeceptum* 34.

ࠐࠓࠄ *vacca* 47. Plur. ࠐࠓࠅࠕࠍ Gen. 41.

ࠄࠐࠓࠉ *fœcundum fecit* 11.

ࠐࠓࠃࠄ *fimus* 47.

ࠐࠓࠍࠎ *pauit, seruiuit* Gen. 49, 15.

ࠄࠕࠐࠓࠎ *expandit tentorium* Gen. 13, 17. ࠐࠓࠎ *velum, tentorium* Exod. 26, 36.

ࠐࠓࠏ (Ch. פרח) *volauit* Deut. 4, 17.

ࠐࠓࠒ *abrupit* 38. *diuisit* 1. *redemit* 24. ࠐࠓࠅࠒ *redemtor* 18.

ࠐࠓࠔ *separauit, amouit* Deut. 13, 5.

ࠐࠔࠓ *interpretatus est* Gen. 41, 41. *indicauit* 53. ࠐࠔࠅࠓ *index* 53. ࠐࠔࠓࠅࠍ *iudicium* 13. 53.

ࠐࠕࠄ *creuit, dilatatum est* Genes. 30, 30.

ࠐࠕࠉ *stultus* 53.

ࠐࠕࠇ *aperuit, insculpsit* Exod. 28, 36.

ࠐࠕࠏ *aperuit,* ࠏ pro ࠇ, Num. 3, 12.

ࠐࠕࠅࠓ *mensa* Exod. 25, 23. Ch.

ࠐࠕࠔ *scrutatus est* Gen. 31, 33.

ࠑ

ࠑࠓࠏ *clamauit* Gen. 4, 10. Ex. 15, 25.

ࠑࠉࠁࠏࠕ *parum, paullum* 23.

ࠑࠁࠀࠓ *collum,* ࠁ pro ࠅ, 21.

ࠑࠃࠄ (cum ࠋ) *in angustia fuit* Gen. 32, 7.

ࠑࠅࠍࠄ *frigus* 7.

ࠀࠑࠉࠒ *spreuit* 48.

ࠑࠅࠓࠄ *forma* 1.

ࠑࠃࠓ *latus, ora* Gen. 6, 16. Ch. ט

ࠑࠋࠁ *suspendit patibulo* 54.

ࠑࠋࠉ Pael *orauit* 48.

ࠑࠋࠌࠄ *germen* F. 13.

ࠑࠌࠕ *collegit* Gen. 41, 48.

ࠑࠐࠕࠄ *frigus, gelu.* Gen. 31, 40. Ch.

ࠑࠐࠒ *clausit, inclusit* Exod. 14, 3.

ࠑࠏࠄ Ithp. *sitiuit,* ࠑࠏࠅ *sitis.*

ࠑࠏࠓ *formauit.* Ithp. *affligi* 22.

ࠑࠐࠓ *mane* 30.

ࠑࠐࠉࠓࠄ *hircus* 42.

ࠀࠑࠓࠏ *conuocauit* Deut. 31. 12.

ࠒ

ࠒࠁࠏ *fixit, tetendit* tabernaculum, Exod. 33, 19.

ࠒࠁࠓࠒࠕࠄ

ࠀࠓࠁࠎ

[Samaritan] *extendit, conculcauit* 8.
[Samaritan] *effudit* Gen. 35, 14. [Hebrew]
[Samaritan] *vestimentum* 21.
[Samaritan] *potuit* 10. Ch.
[Samaritan] *irritauit, spreuit* Deut. 32. 15.
[Samaritan] *horruit, tremuit* Genes. 27, 33.
[Samaritan] *misertus est* 40.
[Samaritan] *misericors* 41.
[Samaritan] *incaluit*: Nom. *æstus* 7.
[Samaritan] *emotus, solutus est* Gen. 42, 18.

[Samaritan letter]

[Samaritan] *desolatus est*, [Samaritan] *desolatio* 1.
[Samaritan] *reliquum fecit*. Exod. 10, 12. [Samaritan] *residuum* 52. [Samaritan] pro [Samaritan]
[Samaritan] *posuit* 14. 40. 45. [Samaritan] *nunc, quæso*, נא 26.
[Samaritan] *similitudo* 1. 5.
[Samaritan] *laudatus* 50.
[Samaritan] *iurauit* 18. 57.
[Samaritan] *septimus* 2. [Samaritan] *septem*.
[Samaritan] *deseruit, dimisit* 2.
[Samaritan] *exspectauit, se continuit* 21.
[Samaritan], & [Samaritan] contracte, *sabbatum* 34. 35. 43.
[Samaritan] *misit, emisit* 14.
[Samaritan] *aduersatus est* Numer. 22. 22.
[Samaritan] *quieuit* 40.
[Samaritan] *posuit* 2. [Samaritan] *nunc* 10.
[Samaritan] *spina* 3.

[Samaritan] *decus, principatus* Numer. 27, 20.
[Samaritan] *filum*, [Samaritan] *linteus* Num. 19, 15.
[Samaritan] *commoratus est, tardauit* 37.
[Samaritan] *aurora* 18.
[Samaritan] *infernus*, [Samaritan] pro [Samaritan] Syre, 20.
[Samaritan] *perdidit* 2.
[Samaritan] *habitaculum* 9.
[Samaritan] *emisit, decepit*.
[Samaritan] *misit*: Nom. *legatus* 39.
[Samaritan] *legatus* 39.
[Samaritan] *oblatio, munus* 4.
[Samaritan] *dominatus est* 1. *parabola vsus est* Num. 21. 27. [Samaritan] *prouerbium* Deut. 28, 37. quia משל vtrumque significat. [Samaritan] *Sultan, dominator* 5. 112.
[Samaritan] *perfectus* 11 *plenus* 58. *mortuus, consumtus est* Gen. 20, 3. c. 25, 8. *mors* c. 21. 16.
[Samaritan] *exuit, eruit* 26.
[Samaritan] *nomen* 11. Plur. 68. 70.
[Samaritan] Pl. *cœlum* 1. 14. &c. & [Samaritan] 10.
[Samaritan] *sonus, strepitus* 50.
[Samaritan] *audiuit* 3. & Gen. 23, 16.
[Samaritan] *ministrauit, coluit* 34. שַׁמָּשׁ *seruus* 9.
[Samaritan] *explorauit* Deut. 1, 22.
[Samaritan] *defluxit*, [Arabic], Deut. 28 40.
[Samaritan] *infirmauit* Deut. 1, 28. [Samaritan] *depressus* Exod. 32, 19. item *subtus, infra* Gen. 35, 8. Deut. 4, 11.

[Samaritan]

† Cetera, quæ desiderantur, ex Ebræis Chaldæisque Lexicis suppleri facile possunt.

F I N I S.


CHRISTOPHORI CELLARII
COLLECTANEA
HISTORIAE
SAMARITANAE

QVIBVS

PRAETER RES GEOGRAPHICAS,
TAM POLITIA HVIVS GENTIS, QVAM RELIGIO ET RES LITTERARIA
EXPLICANTVR.

CIZAE
SVMTV IO. BIELCKII, BIBLIOP. IEN.
TYPIS FRIDEM. HETSTEDII.
M DC LXXXVIII.

recens. in Monatl. Unterred. 1689. p. 1049. —1056.



ILLVSTRI VIRO

IOBO LVDOLFO

S. CAES. MAIEST. ET SERENISSIMOR. DVCVM SAXONIAE CONSILIARIO

S. P. D.

CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

SIngularis illa beneuolentia tua, vir consummatissime, qua superiori anno, cum Cizam transires, me complexus es, eandemque crebris

poſtea litteris mihi abſens confirmaſti; inſigni adhortamento fuit, vt ne alii, quam maximo nomini tuo, collectanea hæc Samariticæ hiſtoriæ conſecrarem. Tam ſuaue enim & humanitatis pleniſſimum alloquium, tam omni doctrina refertas epiſtolas tuas ſine publica laudatione dimittere, nefas mihi & alienum ab animo meo, in gratam bene factorum memoriam ſemper propendente, videbatur. Acceſſit aliud meritum tuum, idque ingens & vere publicum, quo facile princeps illorum haberis, qui in Europa Orientis litteraturam non vt multi, excoluerunt, vt ad Te tanquam iudicem & cenſorem referri ſoleant, quæ in hoc genere litterarum ad communem eruditorum vſum conferuntur. Cum primum Horas meas Samaritanas vulgarem, conſtitueram quidem eiusdem

gentis,

gentis, quanta conquiri poſſet, hiſtoriolam componere, nec pauca cœpi in vſum illius adnotare: tot autem ſubinde hiatus reperiebam, tot tenebris res immerſas Samaritarum videbam, vt in aliud ſemper tempus reiicerem, quæ huius meditationis erant, cum præſertim non deeſſent ſtudiorum genera, quæ ab hoc inſtituto ad ſe alliciebant. Poſteaquam vero, quod omnes Tibi gratulantur, inter Germanos primus conſecutus es, vt litteras ad Te Sichemitæ ex Palæſtina darent, Tuque pro ſumma beneuolentia tua mecum illas communicabas; illico ad vetus inſtitutum reuerti, & ex ſcriniis meis requiſiui, quæ olim in hanc rem ſubſeciuis horis congeſſeram. Doleo vero, Samariticas exercitationes meas in eiusmodi tempus incidiſſe, quo variis curis ita diſtractus animus erat, vt nulli

minus tum rei vacaret, quam litterarum elegantiori culturæ, & ad eam formam & nitorem elaborandæ, quæ tuum tuoque ſimilia vel mediocriter ferre iudicia poſſit. Quidquid enim vides collectaneorum, incertus rerum mearum, & nimium feſtinabundus, cum vrgerent fata, ita diſpoſui, vt minime hiſtoriam appellari velim, ſed collectanea & materiam hiſtoriæ Samaritanæ. Adiiciant alii, quibus plus otii eſt, quæ a nobis ſunt prætermiſſa: in formam quoque & ordinem hiſtoriarum componant, hiatus ſuppleant, ſi qua inueniri poſſunt, quæ temporum ſeriem in rebus huius populi continuent. Ego quæ partim olim obſeruaueram, partim inter ſpiſſas nunc curas reperiebam, ſine curioſo delectu ordinis, vt in mentem quæque venerunt, conſignaui litteris, potius

vt

vt aliis auctor essem & plura & meliora de hac gente inquirendi, quam vt meam hanc operam Samaritarum cuncta complecti crederem. Ne vero nimis varia turbate commiscerentur; in quatuor classes distribui, quæ inueneram, vt primum res Geographicas explicarem: deinde quæ ad politiam gentis, tum quæ ad religionem eius & sacrorum cultum; tandem quæ ad litterariam rem Samaritanorum pertinebant. Hæc qualiacunque sunt, illustri nomini tuo, vir summe & magnifice, dedicaui, vt monumentum essent obseruantiæ erga Te meæ, tum tuæ in me beneuolentiæ, perpetuo mihi conseruandæ, nouum quoddam incitamentum, quod rogo, ex animo & affectu offerentis, non ex ipsa rei forma, rudi sane illa & impolita, pro benignitate tua interpreteris.

Vale,

Vale, vir celeberrime, & in rei litterariæ incrementum ornamentumque feliciter age. Scripſi properanter Cizæ, petaſatus & ad iter accinctus, quod die craſtini in aliam prouinciam, fatis mihi decretam ſuſcepturus ſum. A. D. VI Non. Mai. CIƆ IƆC LXXXVIII.



COL-

COLLECTANEA HISTORIAE SAMARITANAE.

CAPVT I
DE
GEOGRAPHIA SAMARITIDIS.



SAMARIA & regionis nomen eſt, & vrbis in regione illa olim primariæ. Regionem ita deſcribit Ioſephus lib. III Bell. Iud. cap. IIII ἡ Σαμαρεῖτις χώρα μέση μὲν τῆς Ἰουδαίας ἐστὶ καὶ τῆς Γαλιλαίας, *Samarienſis regio inter Iudaeam & Galilaeam media eſt.* Vrbis, quæ regioni nomen dedit, cum ſitum, tum originem, tum etiam adpellationem ſacer codex tradit I Reg. XVI. 24, nempe ab Omri, decem tribuum rege, monti *Schomron* fuiſſe impoſitam, eodemque nomine inſignitam על שם שמר ארני ההר שמרן *de nomine Schemer, poſſeſſore montis Schomron*, a quo rex montem emtionis iure acceperat. Inde Samaria Ebræis שֹׁמְרוֹן, Syris ܫܡܪܝܢ adpellata eſt, Græcis demum Σαμάρεια. Ioſephus VIII Antiquit. cap. VII ἐν Σαμαρῶνι (ſic recte Druſius ad Voces N. T. comment. priore p. 153 emendat ſcriptum Μαρεῶνι) ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων Σαμαρεία καλουμένῃ, *in Samarone, quae a Graecis dicitur Samaria.*

II. Hieronymus in Amos cap. IIII Samariam *cuſtodiam* interpretatur, & in Epitaphio Paullæ cap. VI Samaritam *cuſtodem*, quod videtur ex Euſebii Chronico habuiſſe, ab ipſo num. MCCLXX ita Latine verſo: *Rex Chaldaeorum ad cuſtodiendam regionem Iudaeam accolas miſit Aſſyrios, qui aemulatores legis Iudaea facti* SAMARITAE *nuncupati ſunt, quod Latina lingua exprimitur* CVSTODES, quanquam Scaliger Animadverſ. in h. l. putet Hieronymum de ſuo addidiſſe: *quod Latina lingua exprimitur Cuſtodes*, quia alias quoque tali etymologia delectetur Hieronymus. Verum quoquo modo ſe

res de Eusebio habet, alii certe tam Græci, quam Latini idem censuerunt. Epiphanius aduersus Hæreses lib. I Hæresi IX pag. 24. *ἑρμηνεύονται Σαμαρεῖται Φύλακες διὰ τὸ ἐν τάξει Φυλάκων τετάχθαι ἐν τῇ γῇ*, *Vox Samaritæ Custodes significat, quod ii quondam in illa terra tanquam custodes collocati sunt*: & Sulpic. Seuerus Hist. Sacr. lib. I cap. XLIX *Salmanassar*, inquit, *populum vniuersum in regnum suum abduxit, Assyriis in hostiii solo ad custodiam positis. Exinde ea pars Samaria adpellata, quod lingua Assyriorum custodes Samaritas vocant*. Concedo, nouos istos colonos a Caspio mari in Palæstinam missos fuisse, *vt regionem*, in potestatem Assyriorum redactam, *custodirent*: nomen autem ab *custodia* vel ipsos vel regionem accepisse pernego, cum ex antea dictis liquidissime constet, iam tum florente republica Israëlitarum hoc nominis obtinuisse. Præterea falsus in eo est Sulpicius, dum Assyriorum lingua Samaritas *custodes* sonare existimat, quia Assyrii & Chaldæi ne quidem vocem שמר, quæ Ebræis *custodire* est, in suam adsumserunt linguam, sed pro illa ܢܛܪ, vti etiam Syri, constanter adhibuerunt.

III. Hodierni Samaritani, vti ex Epistolis ad summum virum IOBVM LVDOLFVM manifestum est, defugiunt nostram etymologiam a *Schomron* & *Schemer* petitam, adluduntque ad *custodiam & obseruationem Legis* suo nomine. Ita enim Epist. I pag. 2. [illegible] *nescimus, quid sit nomen Schomron*. Seipsos autem & nomen suum ita explicant [illegible] *Sumus filii Israel Samarei, populus sanctus, puri atque sancti, obseruatores Legis sanctæ*. Non noua hæc interpretatio, sed Epiphanio etiam cognita, qui citatis antea verbis subiecit: *ἢ ἀπὸ τοῦ Φύλακας αὐτοὺς εἶναι τῆς κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως διατάξεως*, *siue quod quæ a Mose constituta in Lege sunt, custodirent*, dicti Samaritani. Et Eusebius etiam verbis supra citatis non obscure idem videtur significasse, *æmulatores legis Iudææ facti, Samaritæ nuncupati*, quanquam præmiserat etiam *ad custodiendam regionem*. Verum neque hæc, neque ista ratio nominis valet, cuius genuinam originem supra indicauimus, quam cur hodierni Samaritæ vel occultent, vel negent, in Capite II exponemus.

IV. Sunt

IV. Sunt qui ante Omri tempora vel oppidum vel castrum in illo monte fuisse ideo credant, quod ante huius historiam 1 Reg. XIII. 32 *Samaria* memoratur, nisi id nomen per πρόληψιν forsan anticipatum fuit. Illorum sententiæ accedit R. Leui Ben Gersom in c. l. היה שם עיר שמה שמרון קדם זה, אך עתה בנאה עמרי *Fuit* inquit, *ibidem ante hæc vrbs nomine Schomron; Verum nunc* [splendidius] *exædificauit eam Omri.*

V. Ab Omri temporibus ad vsque exsilium Israelitarum fuit Samaria caput regni & sedes regum Israeliticorum, vrbs magnifica, natura & arte munitissima, vt Salmanassar, qui Samaritanos in Assyriam deportauit, post triennem obsidionem vix eam expugnauerit. Euersam tum fuisse vrbem & funditus deletam, vero simillimum est propter diuturnitatem obsidionis, & grauiorem pœnam captiuis ciuibus illatam. Sulp. Seuerus lib. 1 cap. XLIX addit *vrbemque excidit*, quod Animaduersione Io. Vorstii notatur, quia sacer codex nihil de euersione prodiderit. R. Dauid Kimchi autem in Commentario II Regum XVII. 24. conatur ex eo fidem facere, quod rex Assyriæ dicatur nouos colonos collocasse בערי שמרון *in oppidis Samariæ*, כי שמרון החריבה מלך אשור עד היסוד *quia Samariam diruerat funditus rex Assyriæ.* Sed quid opus est Iudaicis coniecturis? Sanctus vates Micheas, qui falli non potuit, prædixit cap. 1 commate VI, ita euersum iri Samariam, vt יְסֹדֶיהָ *fundamenta eius* detegantur, lapidibus ex monte in vallem proiectis, quod de alia expugnatione intelligi non potest, quam quæ facta fuit, vt Aben Esra adnotauit, על ידי אשור *per Assyrios.*

VI. Euersam vrbem Cuthæos colonos instaurasse dubitari non potest, quod sequentis ætatis historiæ Samariam non inter cadauera vrbium, sed in præcipuis ac primi ordinis numerauerunt, adeo vt huius instauratio vniuersis colonis *Samaritanorum* nomen a primaria, quam colebant, vrbe attulerit. Floruit ergo rursus, quamdiu stetit Garizitanum templum, cum quo iterum in cineres & ruinas redactum fuit. Ioannes enim Hyrcanus, qui Iudæorum rebus Antiochi Cyziceni temporibus præfuit, Samariam, etiam tunc πόλιν ὀχυρωτάτην, *vrbem munitissimam*, vt Iosephus vocat lib. XIII Antiquitat. Iudaic. cap. XVIII, ἐνιαυτῷ πολιορκήσας *integro anno obsessam* cepit tandem, nec expugnatione contentus, etiam πᾶσαν αὐτὴν ἠφάνισεν,

 ἐπίκλυ-

ἐπίκλυςον τοῖς χειμάῤῥοις ποιήσας. Διασκάψας γὰρ αὐτὴν ὥςε εἰς χαράδρας μεταπεσεῖν τὰ σημεῖα τοῦ γενέσθαι ποτὲ πόλιν αὐτὴν ἀφείλατο, id est Gelenio interprete, *solo eam aequauit. ductis illo torrentibus, quorum eluuie ita cuncta foedata sunt, vt ne vestigium quidem superesset eius oppidi.*

VII. Ex hoc tetro squalore multo post tempore adseruit hanc vrbem Gabinius Syriae praefectus, Scauri primi praesidis successor, de quo Iosephus Antiquit. XIIII cap. X καθῃρημένας τῶν πόλεων κτίζειν παρεκελεύετο, καὶ ἀνεκτίσθησαν Σαμάρεια, καὶ Ἄζωτος, καὶ Σκυθόπολις, *dirutas*, inquit, *vrbes aedificari iubebat, & hoc pacto instauratae sunt Samaria, Azotus, & Scythopolis:* & Bell. Iud. I. cap. VI συνεπολίσθησαν τούτου κελεύσαντος Σκυθόπολίς τε καὶ Σαμάρεια, *huius* [Gabinii] *iussu Scythopolis & Samaria restauratae sunt*, seu in vrbium modum exaedificatae. Nam etiam ante aduentum Romanorum habitari coepisse, vt pagos forsan aut vicos, sine ornatu & splendore, exinde adparet, quod cap. V eiusdem libri Iosephus de Pompeio tradit, mediterraneas ciuitates a Iudaeorum imperio liberasse, ὅσας μὴ φθάσαντες κατέσκαψαν, Ἵππον, Σκυθόπολιν, καὶ Πέλλαν, καὶ Σαμάρειαν, *quas praeuenti non exciderant.*

VIII. Hinc nomen *Gabinii vrbis* Samariae est additum. Iulius Africanus apud Eusebium in reliquiis libri prioris Chronicorum: Ἡρώδης ἐπικτίσας τὴν Γαβινίων πόλιν τὴν ποτὲ Σαμάρειαν, Σεβαςὴν αὐτὴν προσηγόρευσεν. Locum hunc corruptum esse testatur Scaliger in Animaduersionibus Eusebianis, & in Elencho Trihaeresii Nicolai Serarii cap. II idem existimat legendum esse Γαναίων, ex גנאי. *turpis, obscenus*, pro quibus Iudaei Samaritas habuerint. Sed non possumus ire in sententiam illustris viri, cum, quod etiam Samuel Petitus lib. II Var. Lect. cap. V censet, longe facilius ex Iosephi historia emendari possit τὴν Γαβινίου πόλιν, quam Γαναίων. Instaurata igitur a Gabinio Samaria Γαβινίου πόλις adpellabatur, donec tandem ab Herode τῆς Σεβαςῆς sortita nomen est. Sic enim Cedrenus quoque f. 151, in nomine quamuis reparatoris errans, vt num. X dicemus: τὴν τῶν Γαβινίων πόλιν, τὴν ποτὲ Σαμάρειαν ἐπικτίσας, Σεβαςὴν αὐτὴν προσηγόρευσε, vbi eadem medicina opus est, quam Eusebio adhibuimus, ex quo hausit procul dubio Cedrenus.

IX. Ab

IX. Ab Herode enim Antipatri filio, maius ornamentum accepit, qui in honorem Augusti Cæsaris Græco nomine Sebasten, hoc est *Augustam* adpellauit, vt vel solum nomen splendorem eius atque ornatum posset ostendere. Iosephus XV lib. Antiquit. cap. XI extremo: *τότε τὴν Σαμάρειαν ὡρμημένος τειχίζειν - - - - τήν τε προσηγορίαν μετήλλαττε, Σεβαστὴν καλῶν, Tunc* [Herodes] *Samariam adgreditur munire, nomen eius mutauit, Sebasten adpellans*, nempe vt Hieronymus Epitaphio Paullæ cap. VI exponit, *in honorem Augusti Græco sermone Augusta est nominata.* Et vere augusta facta fuit. Nam *τείχει καρτερῷ τὴν πόλιν περιέβαλε, firmissimo muro vrbem circumdedit, καὶ μέγεθος οὐχ ὡς τὸ πρῶτον, ἀλλ' ὥστε μηδὲν ἀποδεῖν τῶν ἐλλογιμωτάτων πόλεων περιλαμβάνων. στάδιοι γὰρ ἦσαν κ', præter veterem ambitum spacii tantum complexus, vt nulli celebrium vrbium cederet. Erat enim* XX *stadiorum circuitus.*

X. Hæc & alia ornamenta Herodes addidit Antipatri filius, & censuræ notam meruit Georgius Cedrenus, qui quidquid est huius operis Herodi filio siue Antipæ attribuit, filium cum patre confundens fol. 151 edit. Basileensis. Non autem dignitatem suam vrbs ita ornata & amplificata tueri potuit, quo minus vicina *Neapolis*, amœnitate nulli secunda, primas partes in Samaritana regione teneret. Sequentium enim temporum historiæ passim *Neapolim* laudant, Sebastes raram admodum mentionem faciunt. v. g. Seueri imperatoris ætate *Neapolitanos Palæstinenses pro Nigro diu in armis fuisse* scribit Spartianus in illius Vita cap. IX. Ammianus loco supra dicto, *Palæstina*, inquit, *ciuitates habet quasdam egregias, nullam nulli cedentem, sed sibi vicissim velut ad perpendiculum æmulas: Cæsaream, quam ad honorum Octauiani principis exædificauit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim, ibidemque Ascalonem, Gazam & Iuliam, æuo superiore exstructas.* Sic Zenonis æuo memoratur Neapolis apud Procopium lib. V de Aedific. Iustin. cap. VII *Σαμαρεῖται - - - ἐπεισπηδῶσιν ἐν Νεαπόλει τοῖς Χριστιανοῖς, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν πεντηκοστὴν καλουμένην ἑορτὴν ἄγουσι, καὶ αὐτῶν τε πολλοὺς διαχρῶνται, Samaritani irruerunt in Neapolim, & multos ex Christianis, Pentecostes solennitatem in ecclesia agentibus, trucidarunt.* Et in Itinerario

rario Antonini p. 44. ed. Suritæ [fol. 12, ed. Bertii] iter a Bemmari, Syriæ oppido, inter Zeugma & Batnas fito, *Neapolim*, tanquam ad nobiliorem terminum, exhibetur. Sebaftes autem nomen obfcurum & ignotum in his hiftoriis eft, nifi quod in Synodo Nicena & Hierofolymitana fubfcripfit epifcopus ὁ Σεβαςηνός. Dignitas etiam Neapoleos, quam præ Sebafte accepit, ex nummo M. Aurelii apud Harduinum apparet, qui ΦΛ. ΝΕΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. infcribitur. Ex quo conftat, metropolim Samariæ fuiffe, & a Sebafte in hanc vrbem prærogatiuam translatam fuiffe. Plinius dum præponit Neapolim Sebaftæ, videtur iam fuo æuo hanc prærogatiuam agnouiffe.

XI. Plurimorum confenfu hæc Neapolis eft antiquum שְׁכֶם, *Sichem*, nec effe video ex prifcis, qui aliter cenfeat, quam Stephanum Byzantium, vrbium & populorum fcriptorem, cui Σαμάρεια πόλις Ἰουδαίας, ἡ μετονομασθεῖσα Νεάπολις, *Samaria vrbs Iudea eft, qua poftea Neapolis vocata fuit.* Thomas de Pinedo, Lufitanus, Adnotationibus in Stephanum p. 583 Mich. Anton. Baudrandum, celebrem geographum, hoc nomine notat, quod additis ad Phil. Ferrarii Lexicon Geographicum p. 155. fcripfiffet, *Samaria hodie Naplous dicta.* Qui vero nobis non male fenfiffe, quamlibet inconfideratius fcripfiffe videtur. Nam alibi pag. 191 mentem fuam ita commodiffime explicauit: *Sichem nunc Naplouze dicitur a Gallis, eftque ex pracipuis totius Terra Sancta etiamnum, & prafecti fedes. Creuit ex ruinis Samaria, & ideo Samaria nunc perfape dicitur a recentioribus Naplouze, qua reuera Samaria noua vocari poteft.* Id mihi dixiffe videtur Geographus Parifinus, Neapolim, fiue Naplouze, quidem *Sichem* effe, fed quod hæc ex Samariæ ruinis creuiffet, ab imperitis ipfam *Samariam*, iam dirutam, ita vocari, quemadmodum vulgus *Babylonem* dicit, quæ *Bagdad* eft, ex Babylonis autem ruderibus, fed alio loco, enata, vel fuum nacta incrementum. Stephanus autem iuftius vapulat, uti etiam Baronius, qui ad annum Chrifti DCXXVIII citans Theophanis verba Latine: *in domo Euftathii Neapolitani (ita tunc Samaria dicebatur)* de fuo addidit inclufa. Nam Græcus Theophanes edit. Parif. f. 273 habet tantummodo: εἰς τὸν οἶκον τοῦ Εὐςαθίου Νεαπολίτου, nihil de Samaria adiiciens,

XII. Ce-

XII. Ceteri magno conſenſu Neapolim a Samaria diſtinguunt, & illam, non hanc veterum Sichem eſſe oſtendunt, quod adeo clarum eſt, vt Arabs interpres Geneſ. XXXV. 4. שכם *Sichem* vertere نَابُلُس *Napoloſa* haud dubitauerit. Plinius lib. v cap. XIII claro diſcrimine: *Intus Samariæ oppida, Neapolis, quod antea Mamortha dicebatur: Sebaſte in monte; & altiore Gamala.* Ptolemæus quoque lib. v Geograph. cap. XVI Νεάπολιν & Σεβαςὴν diſtinguit, id eſt Sichem & Samariam, nec huius nouum nomen *Neapolis* fuit, ſed *Sebaſte*, vt præter Ioſephum & Hieronymum, quos ſupra laudauimus, etiam Strabo lib. XVI teſtatur, Σαμάρειαν Ηρώδης Σεβαςὴν ἐπωνόμασε. *Samariam Herodes Sebaſten cognominauit.* Addo ſuffragium Beniamini Tudelenſis pag. 38 Itinerarii: ומשם יום לסבסת היא שומרון ועדין ניכר שם ארמון אחאב מלך ישראל והיא היתה עיר בצורה בהר אחד ובה מעיינות וארץ נחלי מים וגנות ופרדסים וכרמים וזיתים ואין שם יהודים ומשם שני פרסאות לנבלס, היא שכם, בהר אפרים ואין שם יהודים, והיא יושבת בעמק בין הר גריזים והר עיבל Constantinns l'Empereur ita Latine vertit: *Vnde die vno Sebaſten me contuli, dictam ab antiquis Samariam, hodieque Achabi Iſraelitarum regis aulæ dignoſcuntur veſtigia. Vrbs in monte quondam munitiſſima, fontibus eſt irrigua, regioque aquarum riuis, hortis, pomariis, vinetis & oliuetis diues eſt, a nullis tamen Iudæis habitata. Hinc duabus paraſangis diſtat Neapolis, olim dicta Sichem, intra montes Ephraim condita, nec vlli heic Iudæi. In valle iacet inter montem Garizim & montem Ebal.*

XIII. Nemini ſic poteſt dubium eſſe, quænam ſit Neapolis, & quomodo disiuncta a Sebaſte ſiue Samaria, licet de interuallo vtriusque diſputare nolimus, quod longius alii, quam Tudelenſis, conſtituunt. De ſitu gratum nobis eſt, quod monti Garizim ſubiectam dicit perinde ac R. Vri in Cippis Ebr. p. 52 שכם העיר עומדת בין הר גריזים ובין הר עיבל *Sichem eſt vrbs ſita inter montem Garizim & montem Ebal.* Quod recentes Samaritani etiam confirmant in epiſtolis ad Europæos, præſertim nuperrimis ad τὸν πάνυ Ludolfum p. 9 & 16 ࠏࠉࠓ ࠔࠊࠌ ࠄࠒࠃࠔࠄ ࠌࠅࠋ ࠄࠓࠂࠓࠉࠆࠉࠌ *vrbs Sichem ſancta e regione montis Garizim.* Quod etiam ex Iudicum IX. 7 clariſſimum eſt, vbi mons hic tam vicinus vrbi Sichem

eſſe

esse dicitur, vt vel e monte clamantem audire ciues in oppido potuerint. Vt adeo non audiendus sit Eusebius de Locis Ebraicis, quem Hieronymus Latine vertit, montes Garizim & Ebal prope Hierichuntem, non ad Sichemum collocans, quem Epiphanius c. 1 fol. 25 imitatur, montem Sichemiticum Garizim σεσυκοφαντημένως, *fraudulenter* a Samaritis ita vocari ratus. Nam, inquit, ἰστέον ὅτι πρὸς τῇ Ἱεριχῷ κεῖνται τὰ δύο ὄρη, τό, τε τοῦ Γαριζεὶν, καὶ τὸ τοῦ Γεβάλ, *sciendum est apud Hierichuntem duos montes sitos esse, Garizim & Ebal.* Quod Iosephus etiam refutat IIII Antiquit. cap. vlt. p. 130 οὐ πόῤῥω τῆς Σικίμων πόλεως *haud procul Sichemo* montes Garizim & Ebal constituens. Adde Bonfrerii commentationem ad Onomast. Eusebii p. 129. De religione & sanctitate montis Garizim, cap. III dicturi sumus.

XIIII. Nunc de nomine Νεαπόλεως, a quo inditum fuerit, disputandum est. Abul-Pharagius in Dynast. VII p. 109 Herodi Antipatri filio tribuit instaurationem & noui nominis originem. وفي ايامه جدد هيرودس مدينة نابلس *In diebus illius* [Augusti Cæsaris] *instaurauit Herodes vrbem Neapolim.* Nihil Iosephus in historia Herodis de hac Neapoli, qui etiam Σίκιμα potius in plurimis locis veteri Græco nomine, quam Neapolim adpellat: neque Strabo eius mentionem fecit, qui vero Sebasten Herodis non illaudatam reliquit. Quid? quod *Flauiæ* cognomen clare ad Flauiæ gentis imperatorem incrementum oppidi refert, siue pater Vespasianus fuit, siue filiorum alter vel Titus vel Domitianus. De cognomine res certa est, & sic Iustinus quoque Martyr, ciuis huius vrbis, Apologetico II ineunte Ἰουστῖνος Πρίσκου, τοῦ Βακχείου τῶν ἀπὸ Φλαυΐας νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης, quæ verba interpres Io. Langus minus commode vertit *Flauiæ, quæ noua ciuitas est Syriæ Palæstinæ.* Reddendum erat, *ex Flauia Neapoli* [quæ vrbs] *Syriæ Palæstinæ est.* Nam vsitatum est Græcis nomen Νεαπόλεως disiungere, nec tamen intelligere aliter, quam si coniunctum fuisset. Nummus Faustinæ iunioris in museo Io. Harduini: ΦΛ. ΝΕΑϹ. ΠΟΛ. ϹΥΡ. ΠΑΛΑΙϹΤΙ. hoc est: Φλαυΐας Νέας πόλεως Συρίας Παλαιστίνης. Et Domitiani apud Golzium & Occonem, ΦΛΑΟΥΙΟ-

ΠΟΛΕΙ-

ΠΟΛΕΙΤΩΝ ΣΑΜΑΡΕΙΩΝ. Nec tamen a Domitiano hoc nomen habuit, ſed antea etiam in Titi nummo apud Seguinum legitur, ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ. Non ergo dubitandum eſt quin eo tempore, quo Veſpaſianus & filius Titus Iudaico bello in Oriente inclaruerant, cognomen hoc oppido Sichemo accreuerit. Nec tamen coloniam a Flauiis eo deductam adfirmauerim, cum in nummis ante Elagabali tempora colonia haud inſcribatur, ſed vel ciuibus a Veſpaſiano conceſſum hoc nomen, vt Samoſatenis aliiſque, vel ab iisdem adulandi cauſſa adſumtum, quae ſententia etiam eſt clariſſimi viri Io. Harduini de Numm. Vrb. p. 431. qui plures huius vrbis nummos expoſuit.

XV. Quanquam vero *Neapoleos* nomen inualuerat, vt ab Arabibus quoque نابلس *Napoloſa* vocaretur, ſicut hodieque a peregrinantibus *Naplouze* dicitur; tamen Samaritani hodierni antiquum nomen ࠔࠊࠌ *Sichem* in epiſtolis ſuis retinent, & Ioſephus plerumque Σίκιμα (ſicut LXX Seniores Σήκιμα & Σίκιμα) adpellat, raro admodum Neapolim, quamquam poſt Veſpaſiani tempora ſub Domitiano hiſtorias ſuas conſcripſerit: nec aliud noui nominis exemplum obſeruaui, quam IIII Belli Iud. cap. XXVI f. 890 διὰ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ παρὰ τὴν Νεάπολιν καλουμένην, Μαβαρθὰ ἢ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, καταβάς, *per Samaritidem ac praeter Neapolim, qua dicebatur Mabartha ab indigenis, deſcendens.* de quo indigenarum nomine poſt diſſeremus, quando quidquid eſt nominis Sichem vel Σικίμων, expediuerimus. Dubitationem adfert euangeliſtae adpellatio Σιχὰρ vel Συχὰρ (nam vtroque modo in libris eſt) Ioannis nempe IV capite, inciſo v, quae quomodo cum שכם *Sichem* conciliari poſſit, non apud omnes manifeſtum eſt. Hieronymus ſuſpectam habet ſcripturam, in Epitaphio Paullae c. I. *tranſiuit*, inquit, [Paulla] *Sichem, non vt plerique errantes legunt, Sichar; quae nunc Neapolis appellatur.* Et in Quaeſt. in Geneſ. cap. XLVIII, comma XXII *Sicima iuxta Graecam & Latinam conſuetudinem declinata eſt, alioquin Ebraice Sichem dicitur, vt Ioannes quoque euangeliſta teſtatur, ſicut vitioſe, vt Sichar legatur, error inoleuit: & eſt nunc Neapolis, vrbs Samaritanorum.* Sed erroris ſuſpicionem conſenſus omnium librorum tollit, etiam vetuſtorum interpretum, ſicut Syrus

B habet

habet ܫܟܝܡ, Arabs سِيْخَارُ, (al. سوخار) vterque *R* in locum *M* cum Græcis acceptans. Aliæ vero caussæ subesse possunt mutati elementi, quarum aliquot adducit Io. Lightfoot Hor. Ebr. in Ioann. p. 938, scilicet vel ex linguæ vsu litteram mutatam, vt *Nebucadnezar* & *Nebucadrezar:* vel pietatis caussa mutationem factam, vt ad Talmudicam vocem סוכרין *sepulcra* referatur nomen, sepulcra inquam patriarcharum, quorum possessione in epistolis etiamnum gloriantur Samaritæ pag. 5 & 13 ࠅࠏࠌࠍࠅ · ࠒࠁࠓࠉ · ࠄࠍࠁࠉࠀࠉࠌ ࠄࠒࠃࠅࠔࠉࠌ · ࠒࠁࠓࠕ · ࠀࠁࠉࠍࠅ · ࠉࠅࠎࠐ *Sunt nobiscum sepulcra prophetarum sanctorum, sepulcrum patris nostri Iosephi* &c. addunt ࠍࠅࠒࠓࠌ · ࠀࠕࠌ *veneramur illa & in honore habemus:* vel denique contemtus caussa Iudæi ita primariam Samaritanorum vrbem a שקר *mendacio & falso cultu*, vel a שכר *ebriositate* denominarunt, quemadmodum בעל זבוב in βεελζεβὲλ mutatum est, & vicissim Hierosolymam Samaritani recentes ࠁࠉࠕ · ࠔࠌࠌࠄ *domum desolationis* pro eo vocant, quod Iudæis est בית המקדש *domus sanctuarii*, de quo relegi possunt, quæ doctissime illustris Ludolfus commentatus est ad Samaritanas epistolas pag. 25. Errat ergo Guilelmus Tyrius, quando lib. VIII de Bello Sacro cap. I distincte narrat *Sichar, confabulatricis Domini Samaritanæ patriam:* & interpositis vrbibus Bethel & Sebastea, quam Samariam fuisse ostendit, tandem *Neapolim* quoque, *quæ olim dicta est Sichem*, vt diuersam a Sichar, adiungit.

XVI. Hactenus de nominibus *Sichem* & *Neapolis:* intercessit nomen indigenis vsitatum, secundum Iosephum c. I. Μαβαρθά, secundum Plinium lib. V cap. XIII *Mamortha*, quod cuius originis sit & significationis, valde obscurum est. Suspicatus aliquando fui valere Iosephi vocem ࠌࠉ · ࠈࠄࠓࠅࠕࠄ *aquam puritatis*, vt ad fontem patriarcharum, quo magnopere gloriati sunt Samaritani (vide Ioann. IV comm. VI) respiciatur. Is enim extra portam Sichemi erat. Postquam vero nummum Marci Aurelii monstratore Harduino expendi, quo ciuitas nostra ΦΛ. ΝΕΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΜΟΡΘΙΑ inscribitur, deserui Iosephi scripturam, & Plinianam pro integriore habere

bere cœpi, de qua si secundum litteras diuinare liceret, dicerem, esse quasi ܡܝܐ ܕܡܪܘܬܐ *aqua dominorum*, id est patriarcharum, Iacobi, Iosephi, vt ad eundem Sichemitarum fontem referatur. Sed in nummo simpliciter ΜΟΡΘΙΑ, demto *Ma* priore syllaba scripturæ Plinianæ, vocatur, vt ita difficilius sit vim & notionem eius hariolari, nisi cum Harduino credemus, *Ma* Articulum Ebræorum emphaticum traiectis litteris referre: in nummo autem scribi sine Articulo. Quod si est, eandem originem puto seruari posse, quia ࠌࠓࠀ *dominus* est, & מרתא siue ܡܪܬܐ *domina* aut *hera*. An ergo princeps regionis ciuitas & dominatrix significatur? Nihil definio: malo autem alios audire, qui certiora diuinabunt.

XVII. Hæc de præcipuis vrbibus Samaritanorum Sebaste & Neapoli, hoc est Samaria atque Sichem. Ptolemæus Samaritidi addit Θῆνα, *Thena*, ignotam ceteris: Plinius *Gamalam*, aliam forsan a munitissima vrbe Gaulanitidis in Peræa, quam Titus expugnauit, testibus Iosepho lib. IIII de Bello cap. I, & Suetonio cap. IIII. Diuinis scripturis commendatur *Thirza* tanquam regia ante Samariam, & *Iesreel* vt secessus regius. Quod si vetus regnum decem tribuum definire velimus, quidquid in Galilæa & Peræa est, præter instituti nostri rationes recensendum foret: nos vero Samaritidem a Galilæa pariter & Peræa distinguimus auctore Iosepho, & ipsis sacris scriptoribus, qui iter ex Galilæa in Iudæam per mediam Samaritidem deducunt. De ceteris consulantur geographi, & si placet, nostra Geographia Antiqua cap. XX.

XVIII. Sed satis hactenus de oppidis: de incolis nunc siue coloniis, ex Assyria in hanc regionem deductis, agendum erit, quæ quales fuerint, & quarum gentium in regno Assyriaco, operæ precium erit inuestigare. De nullis enim, quam Babyloniis, certo constat: reliquorum nomina sunt in historiis fere ignota & subobscura. *Cuthæi* præterea nominantur II Reg. XVII. 24. & *Auei*, *Hamathæi*, *Sepharuini*. Sed bene notauit Hugo Grotius ad hunc locum, ab regione *Cuth* maiorem vel nobiliorem partem fuisse coloniæ, quæ in Samariam & vicina loca deducta fuit. Hinc factum, vt qui ibi viuebant κατ' ἐπικράτειαν dicerentur Χουθαῖοι, quemadmo-

 dum

dum hodieque Iudæis nostris Samaritani vocantur כותיים *Cuthæi.* Grotius hæc videtur ex Tisbi R. Eliæ Germani hausisse, cuius hæc verba sunt p. 43 נקראו כותיים יותר מאשר שאר האומות הנזכרים בפסוק אולי לפי שהם היו הרבים , לכך נקראו כלם כותיים *dicuntur Cuthæi potius, quam a ceteris nominibus gentium commemoratarum in sacra scriptura, forsan ideo, quod illorum fuerunt plures, vnde vniuersi Cuthæi adpellantur.* Si itaque hos inuestigauerimus, non erit, quod de ceteris solliciti simus nimium.

XIX. Iosephus Antiq. Iud. lib. IX cap. XIIII vocat ἔθνη ἀπὸ Χούθου τόπου τινός· ἔστι γὰρ ἐν Περσίδι ποταμὸς τοῦτ᾽ ἔχων τοὔνομα, *gentes ex loco aliquo Chuth: est enim in Perside fluuius huius nominis,* & lib. X cap. XI τὸ Χουθαίων ἔθνος, οἱ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας ἦσαν, *Cuthæorum gentem, qui prius in intima Perside & Media fuerant.* Chronicon Alexandrinum (vulgo Fasti Siculi) ed. Raderi p. 254. οἱ καὶ μετοικισθέντες εἰς Σαμάρειαν Χουθαῖοι ἐκλήθησαν, τὴν τῆς χώρας ἐπίκλησιν λαβόντες. διὰ τὸ ἐκ τῆς Χουθὰς οὕτω καλουμένης τῆς χώρας, τότε μετατεθῆναι. ἔστι δὲ αὕτη ἡ Χουθὰς χώρα ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ποταμὸς τοῦτο ἔχων ὄνομα. hoc est: *Qui vero in Samariam deducti sunt, Chuthæi vocabantur. regionis nomenclaturam sortiti, quod ex Chuthas, ita vocata regione, translati fuerunt. Est vero hæc Chuthas prouincia in Perside, eiusdemque nominis ibidem fluuius.* Zonaras Tom. I. p. 77 eodem sensu: οἱ μετοικισθέντες εἰς Σαμάρειαν, Χουθαῖοι καλούμενοι, ἐκ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ κατῴκουν τὸ πρὶν ἐν Περσίδι, *coloniæ in Samariam deductæ, Chuthæi vocantur ex loco Persicæ, quem antehac coluerant.* Andreæ Masio Cuthæi sunt *Cossæi* Mediæ, quos Plinius Susianis ab oriente proximos locat. Sane Ptolemæo etiam lib. VI cap. III. Κοσσαῖοι *sunt,* κατέχοντες τῆς Σουσιανῆς τὰ πρὸς τῇ Ἀσσυρίᾳ, *qui Susianæ partes ad Assyriam vergentes tenent.* Byzantio Stephano Κοσσαία μέρος Περσίδος, *pars Persiæ Cossæa* est. Addi potest Strabo lib. XVI. Prope ab hac sententia abest Petrus Daniel Huetius, vir eminentis ingenii, in Obseruat. ad Origenem p. 13. *Cutha,* inquit, *eadem est ac Susis seu Cissia, quæ* כוש *in sacris litteris dicitur. Chaldæi* כותרי *adpellant.* Κισσία autem Ptolemæo loco iam dicto & ipsa pars est Susianæ. Eutychius patriarcha Tom. I Annal. Alexandr. pag. 233 vrbes præcipuas nominat,

minat, quorum coloni cum Samaritis permutati fuerint a Salmanaſſare. ونقل عشرة اسباطيني اسرايبل من ارض السامرية الي امد والموصل وبابل *& deportauit decem tribus Iſrael ex terra Samariæ in Amidam, Muſalum & Babylonem.* Ibidem ونقل اهل بابل وامد والموصل واسكنهم في مداين السامرية *& transportauit incolas Babelis & Amidæ & Muſal, & collocauit in vrbibus Samariticis.* Amida autem Meſopotamiæ, & Muſal ſiue Moſul Aſſyriæ vrbes notiſſimæ ſunt, eædemque primariæ.

XX. Sic plerique Cuthæos noſtros ex Media vel Perſia vel Aſſyria, aut his aliqua vicina prouincia accerſunt, vt mirum ſit, magnum Scaligerum in Colchide illos locauiſſe. Nam ad Propertii lib. I Eleg. I ſcribit de Medeæ patria: *Eſt autem Κυταία vrbs, in quam deportatæ decem tribus a Salmanaſſare Aſſyrio. Vnde Samaritani hactenus a Iudæis κυταῖοι dicti, Cuthæi. Etiam incolas illorum tractuum circumcidi ſcribunt veteres.* Quod ſi conceſſeris, ex eodem loco Samaritanos veniſſe, in quem abducti fuerant Iſraelitæ; plurimi Iudæorum ad neſcio quos Orientis angulos potius, aut Caſpii maris ſinus te deducent, quam in Colchorum regionem. R. Salomo in Eſa. XXVII 13 *pereuntes in terra Aſſur* de abductis Iſraelitis explicat, vnde propter הנהר סבטיון *fluuium Sabbatium* reuerti non poſſint. Clarius Abarbinel in hunc locum: והנהר כנזכר כאן הוא נהר סמבטיון שגלו שם עשר' השבטים *fluuius memoratus* (commate XII) *eſt fluuius Sambation, quo in exilium iuerunt decem tribus.* Plura de hoc fabuloſo flumine & Iſraelitis trans illud exulantibus habet Elias Germanus in Tisbi, qui addit, Moſen Gerundenſem interpretari de fluvio גוזן *Goſan,* iuxta quem R. Beniamin quoque Iſraelitas locat, & ita deſcribit in Itinerario, vt Mediam & Perſiam, ad latus quod Parthiam reſpicit, adluere oporteat. Vid. commentarius Conſtantini L' Empereur p. 205, qui hoc quoque adiecit, in Orchoth Olam ad Indiam reduci hunc fluuium.

XXI. Hæc ideo recenſui, vt ex Rabbinorum ſententia in quemuis alium locum, quam in Colchidem, deportatas decem tri-

bus sciamus. Ipse sacer codex nihil nos dubitare sinit. Dicit enim Israelem abductum esse אַשּׁוּרָה *in Assyriam*, collocatumque ad fluuium גּוֹזָן *Gosan*, וְעָרֵי מָדָי *& in vrbibus Medorum*, II Reg. XVII. 6. Nec Colchorum circumcisio tantæ rei probandæ satis est, quia Diodorus Siculus lib. I cap. LV ab Ægyptiis potius, quam Iudæis, Colchicas gentes circumcisionis ritum didicisse testatur. Verba eius sunt de expeditione Sesoosis siue Sesostris: Καὶ τὸν Γάγγην ποταμὸν διέβη, καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἐπῆλθε πᾶσαν ἕως Ὠκεανοῦ, καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἔθνη μέχρι Τανάϊδος ποταμοῦ, τοῦ διορίζοντος τὴν Εὐρώπην ἀπὸ τῆς Ἀσίας. ὅτε δή φασι τῶν Αἰγυπτίων τινὰς καταλειφθέντας περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην συστήσασθαι τὸ τῶν Κόλχων ἔθνος. ὅτι δὲ τοῦτο τὸ γένος Αἰγυπτιακόν ἐστι, σημεῖον εἶναι τὸ περιτέμνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους παραπλησίως τοῖς κατ' Αἴγυπτον διαμένοντος τοῦ νομίμου παρὰ τοῖς ἀποίκοις, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. hoc est: *Et Gangem fluuium transiit, & Indiam ad Oceanum vsque totam permeauit. tum & Scytharum gentes subiecit ad Tanaim vsque fluuium, qui Europam ab Asia dispescit, vbi Ægyptiorum nonnullos, ad Maeotim paludem relictos, Colchorum nationem condidisse tradunt, quam ab Ægyptiis oriundam esse hoc argumento docent, quod Ægyptiorum ritu circumciduntur, qui mos in colonia hac, perinde ac apud Iudaeos, permanserit.* His gemella tradit Herodotus in Euterpe cap. CIIII. Φαίνονται μὲν ἐόντες οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιοι. - - - - νομίζειν δ' ἔφασαν Αἰγύπτιοι τῆς Σεσώστριος στρατιῆς εἶναι τοὺς Κόλχους. Αὐτὸς δὲ εἴκασα τῇδε, - - - - ὅτι μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. *Colchi videntur Aegyptii esse. Dicunt autem Aegyptii, se opinari Colchos e Sesostris esse exercitu. Ipse autem ex eo coniecturam capiebam, quod soli omnium hominum Colchi, & Aegyptii, & Aethiopes ab initio statim pudenda circumcidunt. Nam & Phoenices, & Syri, qui sunt in Palaestina, didicisse id ab Aegyptiis & ipsi confitentur.* Nihil ergo Κυταία, quæ Stephano πόλις Κολχική, *vrbs Colchidis* est, ad Cutham Samaritanorum pertinet, quam ceteris cunctorum suffragiis constat in Oriente potius circa Persidem aut Mediam quærendam esse, quam in litore maris Pontici, hoc est in Colchide. De Cu-

thaeo-

thæorum autem ritibus, lege, religione & politia sequentibus Capitibus agemus; iam sufficit originem eorum genuinam indicasse.

XXII. Reliquum est, vt de *coloniis* Samaritanorum alio deductis, quantum rescire potuimus, etiam referamus. Esse vero ad paucos admodum redactos, tam ex ipsorum litteris, quam aliorum, qui in Oriente peregrinati sunt, sermone cognoscimus. *Sichem* siue Naplouse metropolis est, cui ipsa gens primum locum dat, quod monti, quem sanctissimum habet, Garizim subiecta est, quo ceteros colonos proficisci oportet, cum sacris solennibus operaturi sunt. Nec vero ab solis Samaritanis, sed præterea a Turcis pluribus habitatur, & præfecto regionis Turcico, quem Bascham vocant, sedem præbet. Nicolaus Sanson, regius geographus, in Asiæ descriptione pag. 16 *Sichem, aujourd'huy Naplouse, a quelques Samaritains, & reste la capitale de ce quartier, & la mieux habitée, mais avec force ruines.* Quod sonat, Sichem, hodie Neapolim, *aliquos* Samaritanos habere: cetera caput esse regionis, & melius habitatam, quamuis non sine ruinis sit ingentibus. Et post paullo: *Hierusalem est aujourd'huy gouverné par un Bacha, & Naplouse par un autre, qui obeïssent au Beglerbey de Damas.* Hoc est, Hierosolymam a Bascha regi, Neapolim ab altero: vtrumque subesse Beglerbego Damasceno. Nobilissimus quoque peregrinator Petrus della Valle in epistola ad Ioannem Morinum (XIIII est in fasciculo Anglicano, cui titulus *Antiquitates Ecclesiæ Orientalis* est) *in vrbe Sichem,* inquit, *similiter pauci* [Samaritani] *erant.*

XXIII. Ceteræ sedes Samaritanorum ab eodem peregrinatore laudata epistola p. 166 significantur: *Samaritani quidem hodie perpauci sunt, ex his aliquot reperi in Ægypto Cairi, & Gaze, quosdam alios in Palestina, in ciuitate Sichem, a Turcis Naplus nuncupata, quæ nunc Samariæ regionis metropolis est, Samaria siue Sebastia ciuitate funditus diruta; atque etiam Hierosolymis: alios denique Damasci in Syria.* De ceteris locis aliunde etiam notum est, vt postea indicabimus: de Hierosolymis vero dubitamus, quod non modo locum abominantur, & ࠔࠌࠌࠄ · ࠁࠉࠕࠄ *domum desolationis* pro בירה המקדש *domo sanctuarii*, in epistolis ad laudatissimum Ludolfum contem-

contemtus caussa nuncupant: verum etiam ideo, quia eleemosynas, si quas missuri sint Europæi, in iisdem epistolis Hierosolyma deferri iubent ࠋࠀࠐࠓࠍࠂࠉࠌ *ad Francos* Christianos, ࠅࠉࠔࠋࠇࠅ *vt illi mittant* Sichemum Samaritis. Quod si suæ gentis homines Hierosolymis habitare cognouissent, illis potius, quam Francis, pecuniam committi voluissent. Et sicut Iudæi Neapolim detrectant habitare tanquam locum sacris Samaritanis destinatum, testante Beniamine p. 38 אין שם יהודים *nullos ibi Iudæos esse*: ita ex mutuo odio verisimillimum est, Samaritas pariter Hierosolymorum habitationem declinare.

XXIV. Ægyptus antiquissimam procul dubio coloniam Samaritanorum habet. Iosephus lib. XII Antiquit. cap. I ad Ptolemæum Lagi refert Samaritanorum in Ægyptum traductionem: ὁ δὲ Πτολεμαῖος, inquit, *πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν ἀπό τε τῆς ὀρεινῆς Ἰουδαίας, καὶ τῶν περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπων, καὶ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τῶν ἐν Γαριζεὶν, κατῴκισεν ἅπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών. Ptolemæus multos captiuos ex montano Iudææ tractu, & Hierosolymorum vicinia, Samariaque & Garizim monte in Ægyptum traductos iussit sedem ibi figere.* Ex his superstites pauci sunt in populosa vrbe Cairo, quorum altera epistola est, ad Scaligerum missa, a Morino Latine versa, qua ipsi confitentur: *Hæc est epistola vniuersæ congregationis Israelis, quæ est in Ægypto, adorans in monte Garizim domo Domini.* Petrus della Valle c. I. *Cairi erant circiter septem familiæ eorum, inter quos vnus erat, quem vidi, Antistes sacrorum de progenie Leui, quod ab illis pro certissimo habetur.* Ab Ægyptiis Samaritanis nouas colonias deductas esse (vt ab Iudæis Ægyptiis colonia Cyrenaica) non est quod dubitemus, cum numerosos in Ægypto fuisse ex iis, quæ infra dicentur, constare possit. Vna præcipue colonia Ægyptiorum Samaritarum, quam Nubiensis geographus in parte quinta climatis secundi describit, digna omnino est, vt commemoretur. Arabs hic de insulis Rubri maris locutus, hæc addit:

ومنها جزيرة السامري يسكنوها قوم يهود سامرية وعلامتهم ان يقول احدهم اذا لقي انسانا لا مساس ويهذه

وبهذه اللفظة يعرف انهم من اليهود المنسوبين الي
السامري صاحب العجل في زمن موسي عليه السلام

Gabriel Sionita & Ioannes Hesronita ita vertunt: *Inter has etiam est insula Samerei, quam colunt populi Iudæi Samaritani, quorum tessera est, vt dicat quis ex ipsis, cum aliquem offenderit,* لا مساس *Ne attingas, & hac dictione deprehenduntur esse ex Iudæis, qui descendunt ex Sameri, auctore vituli tempore Mosis, super quem pax sit.* Ios. Scaliger de Emendat. Temp. lib. VII p. 622. ex his intelligebat, vere Samaritas esse, qui illam insulam incolunt, vt qui advenas colloquio sui arceant, & omnes profanos existiment, quos a sua lege ritibusque videant discordare, quæ arrogans superstitio hodieque Samaritanam gentem refert occupasse. Addit, in Alcorano etiam prouerbialem locutionem esse لا مساس *Nullius colloquio fruaris:* nec dubitat, insulares illos Samaritas ex Ægyptiensibus, quos Ptolemæus Lagi traduxerat, quorumque posteri etiamnum synagogam in magna vrbe Cairo habeant.

XXV. Proxima Ægyptiæ est *Gazensis* colonia siue in oppido *Gaza* ad mare mediterraneum sito inter Hierosolyma & limitem Ægypti. Hanc plures commemorant. Ipsi Samaritani epistola priore ad Scaligerum ex Morini versione: *Epistola tua, quam miseras in Ægyptum, peruenit ad nos Gazam & Sichem.* Et in epistola ad Anglos, cuius Latina versio cum Ludolfianis est edita, pag. 29 *Habitamus in Sichem, vrbe sancta, nec non in Gaza.* Petrus a Valle ad Morinum c. l. *Gaza, Hierosolymis, ac in vrbe Sichem similiter pauci* [Samaritani] *erant, vt Cairi.* Richardus etiam Simon in Supplemento ad R. Leonis Mutinensis librum de Ritibus Iudæorum: *Les Samaritains d'aujourd'huy sont à Gaza, à Sichem,* &c.

XXVI. Maior paullo colonia est *Damascena.* Petrus della Valle c. l. *Gaza, Hierosolymis, ac in vrbe Sichem similiter pauci* [Samaritani] *erant, vt Cairo: Damasci profecto aliquantulo plures, at non multo.* Richardus Simon loco dicto adiecit: *sont à Gaza, à Sichem, à Damas, au Caire.* Celeberrimus Hottingerus in Exercit.

Antin Morin. p. 34. *Testis*, inquit, *quidam* αὐτήκοος, *Samaritanis Damasci familiaris, clarissimo D. Golio referebat, insulsam atque ineptam esse hodiernorum Samaritanorum pronunciationem.* In codice Pentateuchi Samaritani Goliano testatur Hottingerus de Biblioth. Orient. p. 309 adscriptum, manca quidem oratione, de possessore eius ࠀࠍࠄ·ࠐࠉࠍࠇࠎ·ࠁࠍ·ࠀࠉࠕࠌࠓ·ࠄࠊࠄࠍ·ࠄࠂࠃࠅࠋ·ࠁࠃࠌࠔࠒ· *Ego Pinecha [Pinehas] filius Ithamar sacerdos summus in Damasco*, e quibus vir clarissimus id colligit, vt credat, Samaritanos *Damasci habuisse summos sacerdotes*, χ{ρ}ονηθῆναι{?}ς, quod nescio an ex verbis illis probari possit, præsertim si in solo monte Garizim sacrificant, vt tam ex epistolis illorum, quam vulgari peregrinantium sermone fuit creditum. Fecit *antistitis* in synagoga Cairensi mentionem idem della Valle, supra prolatis verbis, non autem diserte vocat ࠄࠊࠄࠍ·ࠄࠂࠃࠅࠋ *sacerdotem summum.* Sed de loco sanctificiorum in Cap. III disputabimus. Hoc iam sufficit nobis ex eadem inscriptione, Damasci habuisse ࠇࠆࠍࠄ·ࠒࠓࠀࠄ *oratorem & lectorem*, quod satis argumentum est synagogæ non incelebris, quæ Damasci congregatur. Sic possessor codicis Vsseriani adscripserat (vt apud eundem Hottingerum est p. 310) ࠔࠁࠋࠕࠄ·ࠎࠓࠄ·ࠁࠍ ·ࠔࠋࠕࠄ·ࠃࠌࠔࠒ· *qui ex filiis Aram est, ex colonia Damascena.* Alias colonias nominatim referri non cognoui: esse autem præter has alicubi aliquas in Oriente, minus dubitamus, idque etiam Richardus Simon c. l. adfirmat, qui cum habitare Samaritanos Gazæ, Sichemi, Damasci & Cairi dixisset, adiecit *& autres lieux du Levant*, siue in aliis quoque locis Orientis.

CAPVT II
DE
POLITIA SAMARITANORVM.

De republica Samaritana longe aliter censent ipsi Samaritani, quam diuinis humanisque litteris est proditum. Gens enim est,

eſt, (vt Scaliger ſcribit Emend. Temp. p. 620) totius antiquitatis, etiam quæ ad ipſos pertinet, ignariſſima. In monte Garizim ſacrarium religionis, & in ſubiecto oppido Sichem conſtitutas ſedes habent, neque a temporibus Ioſuæ ſe inde vnquam expulſos fuiſſe, aut aliunde, quam ex Ægypto cum Moſe huc immigraſſe credunt. Reges veteres Samariæ, defectionem tribuum, impulſore Ieroboamo, ne fando quidem acceperunt. Nomina Samſonis, Samuelis, Dauidis obiter perſtricta habent in Chronico, qui liber Ioſuæ ab illis dicitur. In reliqua vetuſtate omnino peregrini ſunt. Hæc etiam ex epiſtolis illorum ad Europæos patent, præſertim quibus nobiliſſimo Ludolfo reſpondent, ࠋࠀ · ࠉࠃࠏࠍࠅ · ࠌࠄ · ࠔࠌࠓࠅࠍ · ࠔࠌࠄ · ࠄࠅࠀ · *ſe ignorare, quid nomen Schomron* [ſiue Samariæ] *ſit:* & ࠌࠍ · ࠉࠌࠅࠕ · ࠓࠄࠅࠕࠍ · *a diebus gratiæ* ſeu ingreſſu Iſraelitarum ex Ægypto in terram Canaan ſe res ſuas & ſacra habuiſſe in monte Garizim: item ࠍࠇࠍࠍ · ࠊࠋࠍ · ࠌࠍ · ࠁࠍࠉ · ࠉࠅࠎࠐ · ࠄࠑࠃࠉࠒ · ࠌࠍ · ࠔࠁࠈࠉ · ࠀࠐࠓࠉࠌ · ࠅࠌࠍࠔࠄ : ࠅࠌࠍ · ࠁࠍࠉ · ࠋࠅࠉ : *ſe omnes eſſe ex filiis Ioſephi Iuſti, e tribubus Ephraim & Manaſſe; & ex filiis Leui.* Et in epiſtola ad Scaligerum p. 124 ita conqueruntor de *Cuthæorum* nomine: *Vocant nos* [Iudæi] *Cuthæos, ſed mentiuntur in verbis ſuis.*

II. Relictis fabulis imperitæ gentis, ex diuinis humaniſque hiſtoriis Samaritanorum rempublicam breuiter delineamus. Tractum illum, vbi Samaria & Sichem ſunt, Ioſuam Ephraimitis diſtribuiſſe, ex diuiſione terræ Canaan non ignotum eſt: nec obſcurum, qualis ſub Iudicibus facies rerum, vt etiam ſub Saule, Dauide & Salomone fuerit. Schiſma quoque decem tribuum, Ieroboamo rebellante, ſatis certum eſt, vti etiam ſeries ac fortuna regum Samariæ ſiue Iſraelis. *Menachem* tributarius rex Aſſyriorum factus: *Pekah* amiſit partem Transiordanam & ſuperiorem Galilæam, abducente populum Tiglat-Phul-Aſſare, qui vulgo dicitur Tiglatpileſar: cum Hoſea ſucceſſiſſet, quidquid tribuum cis Iordanem in Iſraelis regno erat, Salmanaſſar in Aſſyriam deportauit, reductis viciſſim Cuthæis & aliis ex Oriente gentibus in vrbes & agros Samariæ. Et horum certa fides eſt, adfirmante diuinorum hominum hiſtoria, II Reg. XV. XVI. XVII & I Paralip. V & ſeq. III.

III. Mixta tum & barbara colluuies regionem Samaritanam occupauit, propter idolorum cultum grauibus pœnis expoſita: veriore autem de Deo ſenſu inde liberata, quamlibet auitos ritus non plane deſeruerunt, ſed meliori cultui admixtos ſeruarunt in poſteritatem, de quo ſequenti Capite dicendum erit. Infirmata breui poſt tempore Aſſyriaca dynaſtia, inualuit Babylonia, & poſt eam monarchia Perſica, atque ita ſub ſatrapis quoque Samaria manſit, vltimusque Sanballet fuit, a Dario Codomanno regioni impoſitus. Ioſephus lib. XI cap. VII extremo: Σαναβαλλέτης ὁ πεμφθεὶς εἰς Σαμάρειαν ὑπὸ Δαρείου τοῦ τελευταίου βασιλέως, σατράπης, Χουθαῖος τὸ γένος, ἐξ ὧν καὶ οἱ Σαμαρεῖς εἰσίν, *Sanaballetes, miſſus ſatrapa in Samariam a Dario rege vltimo, Chutæus genere, vnde & Samaritis origo eſt.*

IV. Victo autem Dario in Cilicia, Sanaballetes in fidem ſe Alexandri dedit, cum is in Tyri vrbis obſidione hæreret. Idem Ioſephus cap. VIII νομίσας δὲ καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχειν ὁ Σαναβαλλέτης τῆς ἐπιβολῆς, Δαρεῖον μὲν ἀπέγνω, καὶ λαβὼν ὀκτακισχιλίους τῶν ἀρχομένων παρ' αὐτῷ πρὸς Ἀλέξανδρον ἧκε, *Ratus iam occaſionem adeſſe Sanaballetes, a Dario defecit, & adſumtis octo millibus de ſua prouincia in Alexandri ſe caſtra contulit.* Mortuus breui poſt tempore Sanaballetes, cum Gazam obſideret Alexander, Ioſepho auctore c. l. pag. 385, eique Andromachus ſucceſſit, quem duro imperio irritati viuum Samaritæ, quod Curtius tradit lib. IIII cap. VIII, cremauerunt. Non ſane tam mitem in Samaritanos Alexandrum, quam in Iudæos fuiſſe, ibidem Ioſephus vel vere, vel cauſſæ ſuorum non nihil indulgens, adſeuerauit. Sicimitis enim, quos Sanballet miſerat, Alexandrum negaſſe tradit ſeptimi anni immunitatem, quam Iudæis conceſſerat: eosdem autem ſecum in Ægyptum abductos prouinciæ Thebaidi præſidio impoſuiſſe, qui an permanſerint ibidem in colonia, antequam Ptolemæus ſuam deduceret, pro certiſſimo non habemus. Ioſephus tamen extremo libro XI dixit, promiſiſſe Alexandrum ἐκεῖ αὐτοῖς δώσειν κλήρους γῆς, *ibi ſe agros eis diuiſurum.*

V. Poſt exceſſum Alexandri in poteſtatem Ptolemæorum venerunt, ſicut de colonia, ex Samaritide in Ægyptum a Ptolemæo Lagi

Lagi deducta, supra prædiximus. Coram Ptolemæo Philometore contenderunt Samaritæ cum Iudæis de templo suo, Iosepho teste lib. XIII cap. VI, quod autem de Ægyptiis potius Samaritis, quam Palæstinensibus, intelligendum est. Nam varia fortuna Palæstinæ erat, quæ nunc Ægyptiis, nunc Syris regibus eosdem subiiciebat, pro vt hæc vel illa gens bello erat potentior. Nam & Antiocho Epiphani Samaritani paruerunt, vt non tantum præfectos ab illo haberent μεριδάρχην Apollonium, & Nicanorem πράττοντα τὰ βασιλικά: verum etiam templum suum Garizimitanum offerrent, προσαγορευθῆναι Διὸς Ἑλληνίου, *vt vocaretur Iouis Græcanici*, eodem auctore lib. XII Antiquit. cap. VII. Ex quo tempore in Syrorum potestate, saltim fide & clientela, mansisse Samaritas minus dubitamus, præsertim quod Antiochus Cyzicenus contrà Hasmonæos tam suis copiis, quam auxiliaribus Ptolemæi Lathuri defensum illos iuit, quamquam nihil proficeret, bis fugatus ab Iudæis, eodem historico referente lib. XIII cap. XVIII.

VI. Vicit enim Ioannes Hyrcanus, nec Samariam modo, vrbem munitissimam, solo æquauit, sed templum etiam in monte Garizim exstructum, Sanaballetis opus, funditus euertit, lib. XIII cap. XVII & XVIII. Fracta tum potentia Samaritarum fuit, qui cum Iudæis, quibus aliquamdiu seruierant, in Romanorum potestatem venerunt. Gabinius enim Samariam instaurauit, vt cap. I narrauimus: Herodes, ab Romanis adpellatus rex, Samariæ etiam præfuit, & Gabinii vrbem amplius exornans Sebasten nominauit, eoque mortuo Archelaus filius de Cæsaris Augusti voluntate præter Iudæam & Idumæam, ex paternis possessionibus τὸ Σαμαρειτικὸν accepit, sed ea lege, vt quarta pars tributorum Samaritanis remitteretur, Καίσαρος αὐτοῖς κούφισιν ψηφισαμένου, διὰ τὸ μὴ ἀποστῆναι τῇ λοιπῇ πληθύϊ, *Augusto Cæsare* [tributi] *releuationem decernente, eo quod ceteris tumultuantibus soli mansissent in officio*, Ioseph. lib. XIII cap. XIII. Relegato Archelao sub ius præsidis, quem *procuratorem* Cæsaris adpellat Tacitus XV cap. XLIIII, venerunt. Pilato hinc apud Ioseph. XVIII cap. V negotium fuit cum Samaritanis, quos impostor quidam concitauerat, pollicitus se sacra vasa, in monte Garizim refossa, quæ Moses ibi deposuisset, ostensurum esse. Pilatus

autem vicit & disiecit rebellantes, quamquam non sine periculo, quippe accusatus ab illis apud Vitellium Syriæ præsidem, Romam missus est ad caussam dicendam. Agrippa maior, regni titulo auctus interuenit: successerunt rursus Romani præsides, ut *Histor. Antiq.* pag. 116. exposuimus.

VII. Iudaico bello idem fatum, quod vniuersam Palæstinam, etiam Samariam pressit, cuius rei si non alia vestigia essent, vel hoc sufficere potest, quod Vespasianus μετὰ δυνάμεως διὰ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ παρὰ τὴν Νεάπολιν καταβὰς εἰς Κορεὰν στρατοπεδεύεται, *cum exercitu per Samaritanam regionem, iuxta Neapolim in Coream descendit ibidemque castra posuit*, vnde postridie Hierichuntem peruenit. Ioseph. de Bello Iud. lib. v. cap. III. Sub Hadriano, qui Iudaicum bellum gessit, nihil memorabile de Samaritis inuenio, nisi quod ipse imperator in epistola ad consulem Seruianum (apud Vopiscum in Saturnino) *Samaritas* iuxta ac iudæos memorauit, vtrosque cum priscam religionem exuisse simularint, sequutos esse cultum Serapidis, dei Aegyptiorum. Sub Septimio Seuero, vt Eusebius in Chronico refert, *Iudaicum & Samariticum bellum motum* est, cui senatus propterea *Iudaicum triumphum* decreuerat *idcirco, quod & in Syria res bene gestæ fuerant a Seuero*, vt Spartianus obseruauit in Vita cap. XVI, quibus & res Samaritanæ continentur. Nam vt idem cap. IX prodit, *Neapolitanis Palæstinensibus ius ciuitatis tulit*, [id est abstulit] *quod pro Nigro* [Seueri æmulo] *diu in armis fuerant.* Sed vt ceteris Palæstinis, ita etiam Samaritanis credo pœnam postea remissam esse, Nam cap. XV idem *Palæstinis*, inquit, *pœnam remisit, quam ob caussam Nigri meruerant.* Lampridius in Elagabalo cap. III Samaritanorum religionem memorauit: de republica illorum nihil, quod sciam, protulit, cuius in historia sequutorum temporum magna obscuritas est & profundum silentium.

VIII. Fuisse medio illo æuo Samaritas dispersos, nec per Ægyptum modo & reliquum Orientem, quod ex Hadriani epistola apud Vopiscum & aliis adhuc dictis adparet; verum etiam in ipso Occidente circa Constantinopolim & veterem Romam, leges imperatorum argumento sunt, præsertim XVI & XXVIII Cod. Theodos. de Iudæis, Cœlicolis & Samaritanis, latæ ab Arcadio, Honorio & Theo-

Theodosio augustis, vt etiam lex XVIII de Nauiculariis, & de Samaritis CXXXIX ac CXLIIII. Romæ etiam Theoderici regis temporibus, & antea quoque, synagogam habuisse, ex Cassiodori lib. III Variarum epistola XLV manifestum est. Domum enim ibidem quæ ad ecclesiæ possessiones pertinuerat, Samaritæ repetierunt tanquam suæ olim synagogæ destinatam. *Existere*, inquit, *Samareæ superstitionis populum, improba fronte duratum, qui synagogam ibidem fuisse, iniquis conatibus mentiatur.* Vitæ genus huiusmodi dispersorum Samaritarum plerumque negotiatorium erat, vt etiam a multis sæculis mos Iudæorum est. Vnde factum, vt Constantinopoli *Samaritæ* vocarentur ministri mensariorum, qui rationes conficientibus aderant & iis subscribebant. Iustinianus in edicto περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων ita: Εἰ γράμματα φέροι αὐτοῦ τοῦ τῆς τραπέζης προεστηκότος, τοῦ γε συγγραφέως αὐτοῦ, οὓς Σαμαρείτας καλοῦσι. Casaubonus in Lampridii Elagab. cap. III subdubitat, annon adlusum sit ad vocis originem, vt idem valeat Σαμαρείτης, quod φυλακήσιος, quia ex *custodiendi* verbo שמר manauit. Quod non probabile est, & malim de iis, qui professione Samaritani sunt, intelligere, non autem de cunctis eius nationis. Nam Balsamo etiam Σαμαρείτας γεωργοὺς, *Samaritas agricolas* memorauit ad Nomocanonem Photii titulo IV cap. VII, & fuisse hos meliore conditione, quam ceteros, ostendit. Ipse Photius titulo X cap. VIII τοὺς τὰ χωρία γεωργοῦντας Σαμαρείτας nominat.

IX. Quamuis vero ita dispersi per orbem erant, eodem tamen æuo adhuc rempublicam quandam, saltim tumultuariam, in Oriente habebant. Procopius lib. V de Ædific. cap. VII ἐπὶ Ζήνωνος βασιλεύοντος ἀθρόοι ἐξαπιναίως οἱ Σαμαρεῖται γενόμενοι ἐπαναστηδῶσιν ἐν Νεαπόλει τοῖς Χριστιανοῖς, *Zenonis principatu Samaritæ irruebant Neapoli in Christianos*, sacris in ecclesia festo Pentecostes die operam dantes, in quos Zeno animaduertit, ἔκ τε ὄρους τοῦ Γαριζὶν τοὺς Σαμαρείτας ἐξελάσας, εὐθὺς Χριστιανοῖς τε αὐτὸ παραδίδωσιν, *exturbans illos de monte Garizim, quem Christianis habitandum dedit.* Globus quidam eorundem Samaritarum sub Anastasio montem subiit, Christianosque inuasit: verum desertus a gentilibus suis oppidanis, quos inclamauerat, pœnas dedit præfidi

illius

illius regionis; quod idem procopius c. l. narrauit. Maior tumultus sub Iustiniano erat, quem Theophanes nobis f. 152 [ed. Paris.] ita descripsit: Σαμαρεῖται καὶ Ἰουδαῖοι ἐν Παλαιστίνῃ βασιλέα τινὰ Ἰουλιανὸν ἔστεψαν, καὶ κατὰ Χριστιανῶν ὅπλα κινήσαντες, ἁρπαγάς, καὶ φόνους, καὶ ἐμπυρισμούς, κατὰ Χριστιανῶν εἰργάζαντο, οὓς ὁ Θεὸς παρέδωκεν εἰς χεῖρας Ἰουστινιανοῦ καὶ ἀνήλωσε πάντας, καὶ ἀπεκεφάλισεν τὸν τύραννον Ἰουλιανόν. *Samaritae & Iudaei, Palaestinam incolentes, Iuliano quodam in regem coronato, motisque in Christianos armis, rapinas, caedes, incendia aduersus eos excitauerunt, quos Deus in Iustiniani manus tradidit, adeo vt deletis omnibus Iulianum tyrannum capite obtruncarit.* Reliqui ad Chosroem, Persarum regem, profugerunt, & proditionem Palaestinae polliciti reuocarunt eum, ne pacem cum Iustiniano, qui legatum eius caussa miserat, iniret. Hoc enim Theophanes c. l. exsertis verbis Samaritarum machinationi imputat, πεισθεὶς, inquiens, ὑπὸ Σαμαρειτῶν, προσφυγόντων αὐτῷ. *persuasus ita rex erat a profugis Samaritanis.*

X. Post haec tempora nihil de Samaritanis mihi compertum est: credo eos Saracenis in Oriente inualescentibus succubuisse. Quam miserabiles enim tum coeperit status Palaestinae esse, Zonaras aliique scriptores in Heraclio & successoribus ostenderunt. Cum vero Christiani Terram Sanctam recuperassent, & diuisa Palaestina esset in regnum Hierosolymitanum & alios principatus, regi Hierosolymitano mansit Neapolis & tractus ille, quem olim Samaritani possederunt: quorum autem in sacris istis bellis, quae per CC annos gesta sunt, vel nulla vel rarissima apud historicos illorum temporum est mentio, vt appareat ad exiguum numerum, vt hodie sunt, redactos fuisse, vel deletos bellorum tumultibus, vel ad Christianam religionem perductos, siquidem ex Procopii fide citato lib. V. cap. VII de Aedificiis, Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τοὺς Σαμαρείτας ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον μεταθέμενος καὶ καταστησάμενος Χριστιανοὺς εἶναι, *Iustinianus augustus Samaritanos plerosque ad pietatem Christique sacra traduxit.* Quod status Samariae Belli Sacri temporibus mentionem iam fecimus; aequum est, vt fidei nostrae tuendae vel vnum eius scriptorem producamus. Mar. Sanutus Torsellus lib. III parte VII ineunte; *Pro ipsius regni tutela inter principes*

cipes & barones, vt adsolet, est diuisum, qui terram sub rege custodirent ac defenderent, retenta regi parte digniori ac meliori, ciuitate scilicet sacra IERVSALEM, NEAPOLI, PTOLEMAIDA ET TYRO.

XI. Cum nihil succurrat amplius, quod ex historiis proferamus, restat vt de conditione Samaritarum medio æuo aliquid edisseratur. Supra num. VIII ad leges Codicis prouocatum est, in quibus eorum mentio iniecta sit, nempe Cod. Theodos. de Iudæis, Cœlicolis & Samaritanis Lege XVI & XXVIII, vti & Novellis quibusdam. Ex quibus id apparet, Honorii æuo ad honores militiæ, aduocationis, & curialium munerum aditum fuisse Samaritanis æque ac Iudæis, sed sub conditione dignitatis & liberalium studiorum, quæ illa ætate Samaritanis & Iudæis, perinde, ac Christianis & gentilibus patebant. Cum autem Iustinianus potitus rerum esset, reliquiæ Samaritarum, qui recusauerant professionem christianam, exciderunt honoribus, quos maioribus illorum superiores imperatores indulserant. Adi clarissimum iurisconsultum IACOBVM GODOFREDVM ad leges XVI & XXIIII Cod. Theod. de Iud. Cœlic. & Samaritanis. Repetit hæc & explicat patriarcha Photius Nomocan. tit. X cap. VIII, quod quædam constitutiones imperatoriæ permittant τὰς Σαμαρείτας λαμβάνειν δωρεὰς ἐκ διαθηκῶν, καὶ διδόναι καὶ παραπέμπειν Σαμαρείταις αὐτῶν παισὶ, καὶ γονεῦσι, καὶ συγγενέσιν, *Samaritas ex donatione atque testamento capere, tum donare, & ad liberos suos parentes & cognatos Samaritanos transmittere:* alia autem constitutione dici, ὅτι Σαμαρεῖται οὐ κληρονομοῦσιν ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου, οὔτε ληγάτα ἢ δωρεὰς λαμβάνουσιν, *Samaritanos ex testamento aut intestato heredes non fieri, neque legata aut donationes capere.* Plus tamen ibidem Samaritanis τὰ χωρία γεωργοῦσι, quam reliquis, concedit, nempe γράφειν κληρονόμους ἀνιόντας καὶ κατιόντας αὐτοῖς, καὶ ληγατεύειν, κἂν ὦσι Σαμαρεῖται, *heredes scribere parentes aut liberos suos, quamlibet Samaritani sunt.*

XII. Caussa, quæ Iustinianum mouerit ad duriorem de Samaritis sententiam, non tantum communis erat, quod nollent cum aliis tribulium suorum se Christo addicere; sed propria etiam sæuitiæ & immanitatis. Non enim in sola Neapoli Christianis damna

D intu-

intulerunt, vt ex Procopio supra narrauimus, episcopum quoque ciuitatis illius obtruncantes: sed in aliis etiam Palæstinæ locis هدموا الكنايس كلها *omnes ecclesias diruerunt*, & in eas ignes iniecerunt grauibusque cruciatibus adfecerunt Christianos, vt Eutychius Batricides, patriarcha Alexandrinus refert Tom. II pag. 156.

XIII. Hæc de politia Samaritanorum & ciuili historia conquisiuimus. Addi ab aliis possunt, qui plura legerunt. Vnum adiicimus ex historico illorum libro, quem *Iosua* vocant, cuius summam nobis Hottingerus excerpsit. Supra ex Scaligeri mente proposuimus, hodiernos Samaritanos credere, se inde ab exitu Israelitarum ex Aegypto nunquam fuisse ex sede, quem circa montem Garizim occupassent, expulsos, aut aliunde huc nouos colonos missos, quod in cunctis etiam ad Europæos epistolis non obscure confirmant: ex libro autem illo Iosuæ Hottingerus Enneadis p. 31 refert, *communem* [cum Iudæis] *agnoscere captiuitatem tam sub Nebucadnezare, quam sub Hadriano.* Cum vero non cuiusuis sit illum codicem inspicere, definire non possum, num etiam in Babyloniam se abductos fuisse a Chaldæis credant, & post LXX annos inde reductos, an de sola belli illud calamitate intellexerint.

CAPVT III
DE
RELIGIONE · SAMARITARVM.

Communem Israelitarum ante schisma religionem fuisse, nunc puram, nunc deorum cultu deprauatam ex sacris historiis manifestissime constat. Æmulatio autem tribuum, Iehudæ puta & Ephraim, videtur etiam ante schisma viguisse, Ephraimitis ex singulari voto Iacobi ad se rapientibus, quod Iehudæ tribui proprium ex promissione erat. Non enim contenti erant Manassis se tribui prælatos esse, sed Messiæ etiam dignitatem sibi præ ceteris tribubus deberi spe haud dubia crediderunt. Recentissimus scriptor P. Allix parte II cap. XVII libri, quem *Reflexions sur les cinq livres de Moyse* vocat, id ex Iudæorum suffragiis ita probauit: *Il étoit comme natu,*

naturel à ceux d'Ephraim de se nourir dans cette esperance, comme les Juifs nous aprennent aussi au' ils ont fait, en parlant encore aujourd'huy d'un Messie descendu de Ephraim. Naturalem quasi fuisse ait Ephraimitis opinionem, quemadmodum ipsi Iudæi prodant, quid illi senserint, dum adhuc loquuntur de Messia quodam ex tribu Ephraim oriundo.

II. Atque ita omnino est, & tam veteres, quam recentes Iudæi multa de *Messia BenEphraim*, siue *Ben Ioseph* iactant, quem opponunt alteri, qui & ipsis est *filius Iehuda*, siue *filius Dauidis*. Targum Canticor. cap. IIII, comm. V, & cap. VII comm. III תרין פריקיך דעתידין למפרקיך משיח בר דוד ומשיח בר אפרים *Duo liberatores tui, qui parati sunt ad te liberandam, Messias Dauidis filius, & Messias filius Ephraim.* Et aliud Targum, quod Ionathani tribuitur, Exod. XL, comm. XI מטול משיחא בר אפרים דנפיק מניה *propter Messiam filium Ephraim, qui egressurus est ab illo.* AbenEsra in Psalm. LXXX comm. XVIII דרך משל והנמשל הוא על ישראל או משיח בן אפרים *Translatitio sensu hæc dicuntur, vel de Israele, vel de Messia filio Ephraim.* Alibi & sæpius vocatur משיח בן יוסף *Messias Iosephi filius*, e. gr. ab eodem Raschi in Esa. XI, 13 vbi distinguit משיח בן יוסף ומשיח בן יהודה *Messiam Iosephi filium, & Messiam filium Iehudæ:* ac in Esa. XXIIII, 18 הנמלט מחרב משיח בן יוסף יפול אל חרב משיח בן דוד *qui gladium Messiæ, Iosephi filii euadet, incidet in gladium Messiæ filii Dauidis.* Addi & AbenEsra potest in Zachar. IX, 9, & Abarbenel in Esa. LIII p. 78 col. 4. & ipsum Talmud in Massechet Succot cap. V fol. 52, & cumprimis liber Aucot Rochel, quem clarissimus Hulsius vulgauit, qui quidquid huius fabulæ est, & omnes res gerendas confictì huius Messiæ, nescio qua diuinatione aut phantasia præcognitas, tribulibus suis in solatium exsilii diuturni prædixit.

III. Quod si ergo Iudæi Messiam quendam ex tribu Ephraim agnoscunt, quem solum exspectant ex sua gente Samaritani: oportet de Messia Iosephi filio sententiam multo antiquiorem, quam schisma decem aut nouem tribuum fuisse. Post schisma enim odium Iudæorum aduersus tribus illas & has secutos Cuthæos & Samaritanos.

nos ita inualuit, vt nihil commercii cum illis, ne dum sacra haberent communia. Pronum ergo ad fidem est, ab antiquis temporibus tribum Iehudæ & tribum Ephraim, vaticiniis & benedictione fretas, de prærogatiua etiam Messiæ, quem vtraque tribus ex sua gente oriturum credebat, non leuiter contendisse. Scissione autem Israelitarum facta Ieroboam veritus, ne sacrorum officiis, quæ Hierosolymis per singulos annos statutis diebus peragenda erant, gentes suæ ditionis ad Hierosolymitanos reges reducerentur; nouam sibi suisque religionem instituit, *vitulorum* scilicet, quorum alterum in Bethele, australi limite regni Israelitici; alterum in Dane, qui terminus borealis erat, collocauit. Burchardus de Monte Sion, non incelebris peregrinator, in descriptione Terræ Sanctæ de Dane ita sensit: *De Sebaste contra austrum duabus leucis mons Bethel: inde ad dimidiam leucam est mons Dan supra ciuitatem Sichem ad sinistram. In quibus duobus montibus Ieroboam filius Naboth posuit duos vitulos aureos.* Sed errat, a monachis illius regionis, vt fieri solet, fortean persuasus. Iosephus enim lib. VIII Antiquit. cap. III perspicue, *δύο ποιήσας δαμάλεις χρυσᾶς καὶ οἰκοδομήσας ναΐσκους τοσούτους, ἕνα μὲν ἐν Βηθήλῃ πόλει, τὸν ἕτερον δὲ ἐν Δάνῃ· ἡ δὲ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ μικροῦ Ἰορδάνου, duas* [Ieroboamus] *fecit vitulas aureas, & totidem delubra edificauit, vnum in oppido Bethele, alterum in Dane, quæ vrbs est ad fontes Iordanis minoris.* Kimchi in I Regum XII, 30 de oppido Dane, אף על פי שהיה בקצה הגבול באו אליו מן הקצה האחר כל כך היו דבקין בעבודה זרה *Etiamsi in extremis finibus situm fuit, tamen inde vsque ab altero limite eo venerunt religione compulsi.*

IIII. Vitulos autem plurimi religionem Aegyptiam interpretantur. Hieronymus in Hoseæ cap. IIII, comm. XV *Videtur mihi*, inquit, *iccirco & populus Israel in solitudine sibi caput vituli, quod coleret; & Hieroboam filius Nabath vitulos aureos fabricatus, vt quod in Ægypto didicerant ἄπιν καὶ μνεῦιν, qui in figura boum coluntur, esse deos, hac in sua superstitione seruarent.* Sed Allixius antea citato loco: *Jeroboam n' affecta de donner à son peuple pour symboles de la Divinité les deux Veaux, qu' il dressa en Dan & Bethel, que pour suivre l' idee des songes de Pharaon expliqués par Ioseph,*

seph, dont l' image figuroit clairement & la grandeur de Joseph & les soins, dont la Providence l' avoit honoré. Hoc est, noluisse Ieroboamum vt deos haberi illos vitulos, sed vt monumenta somniorum, quæ Pharaoni Iosephus explicuerat; & honorum, quos idem inde fuerat consecutus. Verum quæcunque mens Ieroboami fuit, populus tamen vt deos, illos vitulos excepit, diuinosque illis honores detulit, vt ex prophetarum inuectiuis manifestissimum est. De sexu vitulorum disputari quoque potest. Hoseæ x, 5 vocantur עגלות *vitulæ*, at 1 Regum xii, 28 עגלים *vituli.* Hieronymus ad istud Hoseæ verbum: *cum irrisione non vitulos sexus masculini, sed vaccas, id est feminas appellauit.* Kimchi autem nihil mysterii aut irrisionis subesse existimat, זכר אותם כלשון זכר ונקבה כי לא היו אלא צורות *memorantur*, inquit, *vtroque sexu, quia nihil nisi simulacra fuerunt*, vt ita ex diuerso hoc genere haud certo ostendi possit, utrum Apin taurum an vaccas Pharaonis repræsentauerint. Addit ibidem Hieronymus ex sententia Ebræorum, *vitulos aureos a sacerdotibus furto esse sublatos, & pro his æneos & deauratos repositos.*

V. Hæc ratio sacrorum erat, antequam in Assyriam abducerentur Israelitæ. Successit Cuthæorum & æqualium peruersa religio, II Reg. xvii a variis idolis seu diis ita descripta, sicut ex Babylonia hac missis tribuebantur *Succot Benot* Cuthæis, *Nergal*, Hamathæis *Aschima*, Havæus *Nibchas* & *Tarthak*, Sepharuæis Adramelech & Anamelech. Kimchi ita interpretatur סכות בנות, quod primum nomen est, כן היה שם ע״ז שהיו עובדים בארצם וראינו כי שם ע״ז שלבבל היה שמה בל — זה היה בימי נבוכדנצר - - - בימי מלך אשור היתה ע״ז שלהם סכות בנות ורבותינו ז״ל סכות בנות זה תרנגולת כלומר דמות תרנגולת היו עובדים והיה שמה סכת בנות *Hoc nomen est idoli, quod in patria coluerant* [Babyloniorum coloni] *Videmus quidem nomen idoli Babylonii fuisse Nebucadnezaris temporibus* Bel: *at sub Assyriæ rege* Succot Benot, *quod sapientes nostri* gallinam *interpretantur, quasi simulacrum gallinæ adorauerint, cuius nomen fuerit* Succot Benot. De Nergal idem tradit זה תרנגולת הבר *siluestris gallina est:* de Aschima, הוא התיש *hircus est:* de Nibchas הוא כלב *canis est:* de Tarthak פירושו כמו צורת חמור *figuram asini significat*: de Adramelech הוא הפרד *onager est:* de Anamelech זה הסוס *hic equus est.* Eadem fere Abar-

 benel

benel in hunc locum habet אנשי בבל עשו את סוכות בנות ואמר רב יהודה בפרק ארבע מיתות שהיו עובדים תרנגולת ואנשי כות עשו את נרגל שהוא התרנגול ואנשי חמת עשו את אשימא שהוא התיש והעוים את נבחז ואת תרתק שהיה כלב וחמור שזכרו חז"ל במקום הנזכר *Babylonii fecere Succot Benot. Dixit R. Iuda capite* ארבע מיתות *quod coluerint gallinam. Cuthai fecerunt Nergal, hoc est gallum: Hemathai fecere Aschima siue hircum: Auai autem Nibhas & Tarthnak, id est canem & asinum, vt memorant sapientes nostri dicto loco.* Sunt autem hæc ex codice Sanhedrin, cap. ארבע מיתות depromta, quæ singula suis auctoribus relinquuntur. De solo nomine *Succot Benot* notamus, non incommodam expositionem Seldeni de Diis Syris Syntagm. II cap. VII, & Vossii Theol. Gentil. lib. II cap. XXII videri, qua *tabernacula filiarum* siue *mulierum* significari dicuntur, vt ad Veneris Assyriæ templum, quod iuxta Babylonem erat, siue ad prauissimum morem mulierum Babyloniarum, quem Herodotus lib. I cap. CXCIX & Strabo lib. XVI describunt; id est ad cultum Veneris Assyriæ, quam Mylittam dixerunt, nomina *Succot Benot* referantur. Hinc *Siccam Veneriam* quoque Carthaginensium in Africa coloniam, ex eodem ritu nomen suum habuisse eiusdem Vossii sententia est, quatenus *Sicca* verbo Succcot; *Venus* siue Veneria voci Benot respondet, *B* cum *V*, *T* cum *S* pro consuetudine permutatis.

VI. Mixtus cultus, vt ex sacra historia notum est, crassissimam hanc idololatriam excepit, qui vero non vltra tempora, quibus Iudæi ex Babylonia redierunt, videtur permansisse. Tunc enim exspirauit idololatria præsertim cum Manasses pontifex, Sanballetis gener, religionem institueret non admodum Iudaicæ dissimilem. Mons *Garizim* ad hanc electus est, benedictionibus olim sacratus: qui vt sanctior esset, finxerunt perpetuo ibi puriorem Dei cultum constitisse. Damasius in Vita Isidori Αργάριζον vocat, atque in eo Iouis templum fuisse positum ab Abraham: & forte idem montis nomen excidit apud Scylacem in descriptione Palæstinæ, vbi legitur ὄρος ἱερὸν Διός: quod censet etiam Lucas Holstenius Adnotat. ad Ortelium voce *Garizim*. Hæc autem hausta sunt ex Alexandro Polyhistore, cuius verba referuntur ab Eusebio Præpar. Euang. lib. IX cap. XVII. vbi Eupolemi auctoritate id adseritur.

Faci-

Facile errorem in nomine Διός largimur: non autem concedimus facile in monte illo antiquissimis temporibus celebratum aliquod templum fuisse, quamlibet οἱ πατέρες ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν, Ioann. IV, 20.

VII. Fuit tamen aliquando, cum Garizimitanum templum Διῒ Ἑλληνικῷ, *Ioui Graecanico* ab ipsis Samaritanis permitteretur, vt illa vel simulatione, vel defectione declinarent Antiochi acerbitatem, quam Iudaei perpessi fuerant. Iosephus vt conditum huius Templi lib. XI Antiq. cap. VIII; ita etiam Ioui factam vel concessam dedicationem scripsit lib. VII cap. VII, vt supra pag. 21 recensuimus. Ex mutata religionis & diuini cultus sede implacabile odium inter Iudaeos & Samaritanos exortum est, quod in dies eo magis creuit, quo plures ex Iudaeis ad Samaritanos, male sibi conscii, perfugiebant; hinc mutuae obtrectationes & calumniae, vt perditissimum quemque mortalium *Samaritam* appellarent Iudaei, qui longius inde ab Esrae temporibus originem huius odii arcessunt. Dira exsecratio est, qua Iudaei in Pirke R. Eliefer cap. XXXVIII Samaritanos ab Esra & aequalibus perculsos esse tradunt מה עשו עזרא וזרובבל
ויהושע בן יהוצדק, קבצו את כל הקהל אל היכל ה׳ והביאו שלש מאות תינוקות
ושלש מאות ספרי תורה בידם ושלש מאות כוהנים וג׳ מאות שופרות והיו תוקעין
והלויים משוררים ומזמרים ומנדין את הכותיים בסוד שם המפורש ובכתב הנכתב על
הלוחות, ובחרם בית דין העליון ובחרם בית דין התחתון, שלא יאכל אדם מישראל
פת כותי עד עולם, מכאן אמרו כל האוכל בשר כותי כאילו אוכל בשר
חזיר, ואל יגייר אדם כותי, ואל יהא להם חלק בתחיית המתים שנאמר לא לכם
ולנו לבנות בית לאלהינו, לא בעולם הזה ולא בעולם הבא, ועוד שלא יהיה
להם חלק ונחלה בירושלם שנאמר ולכם אין חלק וצדקה וזכרון בירושלם.
Quid fecerunt Esra & Zorobabel & Iosua filius Iehozadak? congregarunt vniuersam ecclesiam in templo Domini, & adduxerunt CCC *paruulos qui totidem libros Legis tenebant manibus; &* CCC *sacerdotes cum totidem buccinis, qui clangebant: & Leuitas qui cantarent & psallerent; & excommunicarunt Samaritanos per arcanum Nominis sacrosancti & per scripturam, consignatam in tabulis: & per anathema domus superioris & inferioris, ne quis Israelitarum comedat cum Cuthaeo. Dixerunt enim, quicunque comedet cibum Samaritani, similis est ei, qui edit carnem suillam: nec quisquam faciat ex* Sama-

Samarita proselytum, neque habeant partem in resurrectione mortuorum, quia scriptum est [Esr. IV, 3] *Non licet vobis ædificare domum Dei nostri nobiscum, neque in hoc sæculo, nempe in futuro: neque sit vobis pars & hereditas in Hierosolymis, quod scriptum est* [Nehem. II, 20] *Non habetis portionem, aut ius, aut memoriale Hierosolymis.* Consuli etiam potest Abarbenel in Prophetas Priores pag. 292 col. 4. Caussa atrocis exsecrationis erat, quod Samaritani impeditum ibant templi Hierosolymitani instaurationem.

VIII. Creuit odium, vt diximus, cum Garizimitanum templum Hierosolymitano opponeretur. Ecclesiasticus cap. L comm. XXVII προσώχθισεν, inquit, ἡ ψυχή μου, *anima mea tres populos odio habet*, Philistæos, Edomitas (legendum enim οἱ καθήμενοι ἐν ὄρει Σηείρ, non ὄρει Σαμαρείας) & *Sichemitas*, quos ne nomine quidem gentis dignos habet, καὶ τὸ τρίτον οὐκ ἔστιν ἔθνος, ὁ λαὸς μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικίμοις, *plebs Sichemitarum insipiens.* Mira hinc Iudæorum in Samaritanos conuicia, quarum tria adduxisse iam sufficiat. Sententiam Sadducæorum, quasi *resurrectionem* negarent, illis imputabant. In Talmud Sanhedrin cap. כל ישראל num. 3 R. Eilefer בדבר הזה זייפתי ספרי כותיים שאומרים אין תחיית המתים מן התורה *Hac in re falsatos probaui libros Samaritanorum, quod dicunt resurrectionem mortuorum Lege non adstrui.* R. Ioseph Albo libro IV Ikkarim cap. XXXI post initium ויקראו אם זה תחיית המתים לחלוק על הצדוקים והכותיים הכופרים בהשארות הנפש ואומרים שהנפש תמות במות הגוף *in dubium resurrectionem mortuorum vocant Sadducæi & Samaritani, qui negant immortalitatem animæ, aiuntque animam cum corpore exstingui.* R. Ganz in Zemach Dauid parte I ad ann. DCXLVI עלה המלך יוחנן הנקרא הורקנוס והחריב את מקדש הצדוקים והכותיים שעשו בהר גריזים *Adscendit rex Ioannes, cognomine Hyrcanus, & diruit templum Sadducæorum & Samaritanorum, quod exstruxerant in monte Garizim.* Idem ad annum CCCCXLVIII צדוק ובייתוס נעשו להם לכתו *Zadok & Baithos* [vnde Sadducæi sunt] *facti sunt principes illorum*, Samaritarum intellige, quasi expulsi Hierosolymis ad Samaritanos transfugerint. Addi in hanc rem potest Kabbala R. Abrahami apud Serarium in Trihæres. lib. II cap. XX. In Iudæorum sententiam Christiani quoque doctores iuerunt. Origenes in Matthæum

p. 486

p. 486 [edit. Huetii] τὸ αὐτὸ τοῖς Σαδδουκαίοις δόγμα περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς φρονοῦσι μέχρι τοῦ δεῦρο Σαμαρεῖς. Epiphanius quoque Hæresi IX p. 25 de Samaritanis ἠγνόησαν, inquit, νεκρῶν ἀνάστασιν. & Hæresi XIIII de Sadducæis, ἠθέτησαν οὗτοι νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, ὅμοια Σαμαρείταις φρονοῦντες. Falsum autem hoc esse Hottingerus tam in Disputatione de Resurrect. Mort. p. 12, quam de Theol. Samarit. p. 26 ex ipsorum libro, quem Iosuæ vocant, comprobauit. Diserte enim ibi memoratur يوم النقمة والمكافاة *dies vindictæ & retributionis:* siue vt in epistolis ad polyhistorem Ludolfum profitentur, ࠍࠀࠌࠓ · ࠀࠌࠅࠍࠕࠉ · ࠁࠉࠅࠌ · ࠍࠒࠌ · ࠅࠔࠋࠌ· *dicimus* [quisque] *Fides mea est* [etiam] *in die vltionis & retributionis.*

IX. Deinde idolum *Asima*, & aliud *columba* formam præ se ferens obiecerunt. AbenEsra principio commentarii in librum Estheris הכותים כתבו תחת בראשית ברא אלהים ברא אשימא *Cuthæi scribunt pro In principio creauit Elohim, creauit Asima.* De altero Drusius Observ. XIII cap. XXIIII refert glossam Talmudicam huius argumenti: *Samaritanus circumcidit* לשם דמות יונה *in nomine imaginis columbam referentis*, quam inuentam in vertice montis Garizim certo quodam ritu colant. Quamuis vero Scaliger ad Manilii lib. V verf. 381 ex Chronico Samaritano tradat, columbam eos Iosuæ duci administram attribuere, diuinitus, non humanis magisteriis, edoctam; vereor tamen cum Seldeno Synt. II de Diis Syr. cap. III ne quod habent Iudæi de Samaritanorum circumcisione, *Columba* nomine peragi solita, æque spurcum sit eorum in gentem illam conuicium, ac illud de *Asima* pro nomine Elohim commentum. Codices enim Samaritani, quotquot conspecti Europæis fuere, habent perinde ac Iudaici ࠁࠓࠀ · ࠀࠋࠄࠉࠌ·, & in metaphrasi ࠁࠓࠀ· ࠀࠋࠄࠄ· *creauit Elohim.* Originem figmenti ingeniose diuinauit sæpe laudatus Ludolfus ad Epist. Samar. adnotationibus pag. 22. Cum enim in ipsis epistolis p. 3 & 12 se nomen ࠉࠄࠅࠄ per ࠔࠌࠀ *Schima* dicant pronunciare, quemadmodum Iudæi per אדני *Adonai*: fieri potuit, vt Samariticam pronunciationem cum אשימא idolo

dolo

dolo Hamathæorum malitiose confunderent. Noua criminatio est R. Eliæ Germani in Tisbi p. 43 נראה לי שהם כל העם ההולך נע ונד בארצות ומחזרים הכפרים בלעז צ׳נגני ובלשון אשכנז ציגייכר *mihi*, inquit, *videtur ex illis* [Samaritanis] *esse populus vagabundus, quem Italice vocant Cingari, Germanice* Ziegeuner. Nihil ergo conuiciorum est, quod Samaritanis non intentent Iudæi.

X. Nec vero semper eadem fuit & vnius confessionis Samaritanorum religio. Epiphanius Hæres. x quatuor illorum genera constituit, *εἰς τέσσαρας*, inquit, *αἱρέσεις Σαμαρεῖται ἐτμήθησαν*, Essenos, Sebuæos, Gorthenos, & Dositheos. Priores sectas parum differre ait: plus discriminis obseruari in Dositheis. Sed vereor ne *Esseni*, Εσσηνοὶ, sint iidem, qui Iudaicam sectam, non Samaritanam, constituunt, quam Drusius, Scaliger & alii commentationibus suis post Iosephum descripserunt. Dosithei a pluribus memorati adpellationem a *Dositheo* siue דוסתאי trahunt, cuius nominis plures apud Christianos & Iudæos scriptores inueniuntur. Epiphanius Hæres. XIII antiquiorem intelligit, & ipsos Sadducæos vocat *ἀπόσπασμα ἀπὸ Δοσιθέου προλελεγμένου*, *propagatos à Dositheo prædicto* Samaritanæ hæreseos principe. Hi seueriore disciplina vsi, *ἐμψύχων ἀπέχονται, καί τινες αὐτῶν ἐγκρατεύονται ἀπὸ τῶν γάμων μετὰ τὸ βιῶσαι, ἄλλοι δὲ καὶ παρθενεύουσιν*, *ab animalibus abstinent, nonnulli iteratas nuptias fugiunt, quidam virginitatem seruant.* His etiam tribuit Epiphanius, quod *ἀνάστασιν ὁμολογοῦσι*, *resurrectionem confiteantur.* Tertullianus aduersus Hæres. cap. XLV *Taceo Iudaismi hereticos, Dositheum inquam Samaritanum, qui primus ausus est prophetas, quasi non in spiritu sancto locutos, repudiare.* Quod dicit hunc *primum* ausum esse prophetas repudiare, videtur omnino antiquum Dositheum intelligere, quia reiectio propheticorum librorum non noua & recens in hac gente erat. Eadem fere Hieronymus adv. Luciferian. cap. VIII *Dositheus, Samaritanorum princeps, prophetas repudiauit: Sadducæi ex illius radice nascentes etiam resurrectionem carnis negauerunt.*

XI. Eulogius autem patriarcha Alexandrinus apud Photium sub finem Cod. CCXXX Dositheum, celebrem Samaritanorum doctorem vocant *συνακμάσαντα κατὰ τοὺς χρόνους Σίμωνι τῷ μάγῳ*, *co-*

eunt

auum Simoni Mago, qui æqualis fuit apostolis. Cum enim dixisset, Samaritanos esse *εἰς ἀντικειμένας μερίδας διαιρεθέντας καὶ στασιάσαντας πρὸς ἀλλήλους*, quosdam ait Iosuam, Nuni filium, pro propheta, quem Moses Deuteron. XVIII promisit, agnoscere: alios *Δοσθῆν τινα ἢ Δοσίθεον ἀνεκήρυττον, Dostha alicui siue Dositheo id elogii dare, ἐξ αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἔφερον, Δοσθηνοὶ καλούμενοι, a quo Dosteni siue Dositheani adpellentur.* Hic, inquit, *ὑβριστὴς γέγονε τῶν τοῦ Θεοῦ προφητῶν. ὑβριστὴς ἦν μάλιστα τοῦ ἑνὸς τῶν ιβ΄ πατριαρχῶν, obseruator prophetarum fuit, Iudæ maxime, vnius ex* XII *patriarchis*, quæ genuina hæresis Samaritanorum est, vt reiiciant libros, quibus Hierosolyma commendantur, & Iudam, tribus Israeliticæ principem, obtrectent, quo ad Ephraimiticam gentem, quæ tribus Iudæ prærogatiuæ sunt, vnice possint transcribere.

XII. Diuersi sic fuere inter Samaritanos Dosithei, antiquus alter, in cuius sententiam Sadducæi dicuntur transiisse, pariter propheticos libros vel auersati, vel minoris, quam Mosaicos, facientes; insuper ex suo ingenio mortuorum negantes resurrectionem: alter recentior & coæuus apostolis, qui ciuibus suis se Christum esse persuadere conatus fuit, teste Origene lib. II adv. Celsum & in Ioannem p. 219 ed. Rothom. Auctor libri Iuchasin recte illos distinxit pag. 55 דוסתאי בן רבי ינאי הוא תלמיד ר' מאיר *Dosthai, filius R. Iannai, discipulus fuit R. Meir.* Sed de antiquiore tradit כי סנחריב שלח לכותיים לשומרון לרבי דוסתאי בר' ינאי ללמדם תורה *a Senacheribo missum esse ad Cuthæos in Samariam, vt Legem illos perdoceret.* Et vt fortius distinguat, adponit, לא תחשוב כי הוא ר' דוסתאי זה תלמיד רבי מאיר כי יש אלף שנים ביניהם *ne putes, Dosthai* [quem Sennacherib misit] *discipulum fuisse R. Meir. nam sunt mille anni inter eos.* Obiter adnotamus, magnum Scaligerum in Trihæres. Serarii cap XV negare דוסתאי *Dosthai* eundem esse, qui Græcis Δοσίθεος dicatur: malumus autem cum Drusio de trib. sect. cap. V, & Petauio in Epiphanium p. 26 facere, qui idem nomen esse censuerunt. Deinde illud quoque prætereundum non erat, aliam sectam Samaritanorum, quam Σεβουαίους, *Sebuæos* Epiphanius vocat, eiusdem antiquitatis esse, cuius Dositheani erant, a סבייא [forsan סבוייא] *Sebaia* vel Sebuia auctore denominati, quem Iudæi in libro Ielammedenu pag. 16

vna cum Dosthai in Samariam a Senacheribo remissum esse tradiderunt, quæ sententia Drusio c.l. cap. VI placet, nobisque aptior adparet ad fidem faciendam, quam illa Scaligeri, qua Sebuæos ἑπτα-ἑβδομαδίτας interpretatur, quod omnem διατηρεῖν τῶν ἑπτὰ τῆς πεντηκοστῆς ἑβδομάδων eadem religione qua ipsum πεντηκοστῆς diem colerent. Vide *Canon. Isag. p. 218.* Vnum addo de Dositheanis, Origenem in Ioannem p. 219 a iuniore Dositheo nominatos putasse: ἀπὸ Σαμαρείων, inquit, Δοσίθεός τις ἀναστὰς ἔφασκεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν προφητευόμενον Χριστὸν, ἀφ' οὗ δεῦρο μέχρι εἰσὶν οἱ Δοσιθεανοί. Facile vero confundi possunt, quamuis ætate differentes, qui sunt eiusdem nominis.

XIII. Quemadmodum ergo Dositheo maiori Sebaiam Iudæi adiungunt; ita cum minore Christiani scriptores Simonem Magum sæpe componunt, de quo Iustinus Martyr Apolog. II p. *69*, Σαμαρεῖς, inquit, τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες. Tertulliani verbis de Præscript. adv. Hæret. cap. XLVI interpretamur: *Simon ausus est se summam dicere virtutem, id est summum Deum.* Hieronymus adv. Lucifer. cap. VIII addi potest, vt & Origenes in Matthæum. Verum Christianorum potius hæreticus Simon, quam Samaritarum fuit, quia baptizatus erat & Christianum simulabat, de quo etiam Tertullianus c.l. & Hieronymus in Ezech. XVI, 4 & Augustinus Tract. VI in Ioannem p. 19 possunt consuli.

XIIII. Sed satis de hæresibus, quibus hoc solum adiicimus, quod Richardus Simon c.l. p. 185 obseruat, *il faut bien prendre garde, de ne pas confondre le gros de Samaritains avec une certaine secte, dont le chef se nommoit Dositheus ou Dousis, comme les Arabes l'appellent*, quibus sectam Dositheorum a reliquo & maiore corpore Samaritanorum discernit. Quæ fides eorum fuerit, cum Seruator in terris ageret, ex Iohannis IV capite non ignotum est. Messiam enim muliercula illa exspectabat, procul dubio ex Iosephi posteris oriundum, cui Christus propterea, vt errantem reducat, suauissime respondet, ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν, ex *Iudæis*, non Samaritanis, Messiam venire. Maxima controuersia de adorationis loco erat, de quo mulier quoque contendebat, ὄρος τοῦτο, montem Garizim, quem monstrabat, esse; Iudæi autem Hierosolyma; quod ita acerbis

acerbis odiis disputatum fuit, vt Samaritani Herodis filiorum temporibus clam in templum Iudæorum irrepentes *διαῤῥίψαι ἀνθρωπείων ὀςῶν ἐν ταῖς ςοαῖς ποιῆσαι καὶ διὰ παντὸς ἱερῦ ἤρξαντο, humana ossa*, profanationis indubitatum signum, *disperserint per porticus, & per totum etiam templum id cœperint facere*, vt auctor Iosephus est XVIII Antiquit. cap. III.

XV. Omnia ergo monti suo Garizim tribuebant, quem tam in Pentateucho, quam in epistolis ad Europæos adhuc missis coniunctim, quasi vna voce, [illegible] *Hargarizim* appellant, quod iam olim ita receptum vsu fuisse ex Eupolemo apud Eusebium IX Præpar. Euang. cap. XVII constat, qui æque coniunxit in vnum vocabulum Αργαριζίν. Quamuis autem augustum templum Sanballetis pridem euersum fuerat, non tamen dubitamus, quin sacellum aliquod in hoc monte habuerint, quemadmodum non desunt, qui ante Sanballetem fanum quoddam illi monti imponant, Iosephi verbis extremo libro XI p. 386 inducti, quanquam & inchoatum sub Dario templum, vt Syncellus pag. 256 tradit, intelligi ibidem possit: & Richardus Simon c. l. de hodiernis Samaritis scripsit, *Leur temple, ou plûtost leur chapelle est sur la montagne de Garizim, où ils font leur sacrifices.* Medio æuo deturbatos Samaritanos fuisse, montemque Christianis cessisse in habitationem, pag. 23 prædiximus. Ecclesia tum ibi exstructa & emunita fuit, vt instar castelli præsidio regioni esset. Procopius lib. V de Ædific. cap. VII de Zenone: *ἐκ τε ὄρυς τῦ Γαριζὶν τὺς Σαμαρείτας ἐξαλάσας, εὐθὺς Χριστιανοῖς τε αὐτὸ παραδίδωσιν, ἐκκλησίαν τε ἄνω δειμάμενος τῇ θεοτόκῳ ἀνέθηκε, deiectis Samaritanis montem Garizim Christianis addixit, & in vertice eius ecclesiam posuit Deiparæ.* Et eodem cap. de Iustiniano: *τὸ μὲν παλαιὸν τῆς ἐν τῷ Γαριζὶν ἐκκλησίας τείχισμα ἑτέρῳ ἔκτοσθεν τείχει περιβαλὼν ἄμαχον διεπράξατο παντάπασιν εἶναι, veterem murum altero cinxit exteriori, fecitque opus omnino inexpugnabile.*

XVI. Quæ hodie sit ratio religionis Samaritanorum, ex epistolis in Europam adhuc missis non potest obscurum esse. Legem Mosaicam, præsertim externo ritu, tenacissime obseruant, & ipsos Iudæos hac in re superasse videri volunt, tanquam [illegible]

 [illegible]

[Samaritan text] *obseruatores legis sanctae, legis nempe Mosaicae.* Circumcisionem, lotiones, festos dies, sabbabatum & ieiunia religiose tenent, pascha cumprimis ita celebrant, vt Iudaeos videantur ceremoniis & cura antecellere. Illud autem non mactant, vt Scaligero scripserunt p. 120, *nisi in Sichem, e regione montis Garizim*, cum ceteras purificationes in *omni se ciuitate*, vbi habitant, *obseruando custodire* dicant pag. 121. Preces vbique fundunt [Samaritan text] *facie ad montem Garizim obversa;* solenniores in ipso monte, vbi & festum Tabernaculorum agunt, quemadmodum in litteris ad Scaligerum datis copiose narrauerunt. Maxime gloriantur pontificum successione ex stirpe Araonis per Pinchasum, quibus summam sacrorum curam committunt: sacrificant quoque veteri ritu, & quidem, vt Petrus de Valle Tom. I Epist. XIII refert, *omnibus locis*, vbi habitant & occasione non destituuntur: vt vero Richardus Simon p. 174 probabilius censet, *ils ne sacrifient point ailleurs, que sur la montagne Garizim, où ils lisent la ioy, & font des prieres à Dieu*, hoc est in solo monte Garizim. De summo Pontifice idem p. 188 tradit: *Leur grand sacrificateur, qui reside à Napolouse, étend sa iurisdiction sur tous les autres Samaritains, ausquels il indique tous les ans par des lettres circulaires la feste de la Pasque, & des autres festes solennelles.*

XVII. De Messia interrogati a Scaligero, p. 125 respondent: *Petiisti de Messia: quod est eius nomen apud nos, nisi* [Samaritan text] (vt Angli legunt) *Hasceab? & quis hoc intelligit nisi Dominus?* Oedipo opus est ad nominis huius interpretationem. Cogitaui aliquando, an forte ex Imperatiuis compositum sit [Samaritan text] *festina*, [Samaritan text] *da*, quemadmodum Iudaei in Seder Tephillot pag. 7 & 27, cum pro liberatione sua & aduentu Messiae supplicant, adiicere solent במהירה בימינו, *velociter, in diebus nostris.* Sed lubrica haec coniectura est, & vel ideo incerta, quod neque de prima littera certissimus sum, [Samaritan text] illa sit an [Samaritan text], quia minus illa clare Londinensi editione expressa est. Certiora exspectamus ab ipsis Samaritanis, quos etiam de hoc nomine celeberrimus Ludolfus consuluit.

XVIII. Claudimus hoc de Sacris caput verbis eiusdem Simonis, hominis harum rerum curiosissimi, ex pag. 177 *Pour moy*

je

je croy, qu'on ne peut mieux apprendre aujourd'huy la puretè de la loy des Juifs, que de ces Samaritains de Sichem, qui sacrifient encore selon l' ancienne institution sur le mont Garizim, comme le P. Morin, & M. Peyrese l'ont remarqué. Ce seroit une chose curieuse de voir le lieu où ils sacrifient, & d'en observer la forme, la structure, ses ordre & ses proportions, & sur tout les dimensions & les mesures, tant de l' autel, que de vases, dont ils se seruent pour ses sacrifices. Ce seroit aussi une chose bien digne de remarque, de voir leur grand sacrificateur revêtu de touts les habits sacerdotaux, sur tout le jour de Pâque, lorsqu' il est assisté de tout se ministres. Je m'etonne, que cette enuie ne soit point venuë en l' esprit de quelques uns de nos voyageurs. Ita omnino est, & multa ex Iudaica antiquitate ab his ipsis Samaritanis disci & obseruari possunt. Addit, ex illorum forte opinione, R. Beniamin Tudelensis p. 39, fuisse sæculo XII penes ipsos המזבח שבנו בהר גריזים מהאבנים שהקימו בני ישראל בעברו הירדן *altare, quod in monte Garizim exstruxerunt Israelitæ ex illis lapidibus, quos Iordanem transgressi erexerant.* Hoc narrasse, non probasse, sufficiat.

CAPVT IV.

DE LITTERATVRA SAMARITARVM.

Ab litteris Samaritanorum initium faciendum est, vbi multa controuersia est, sintne primææ Ebræorum, an Canaanorum propriæ. Id vero ante omnia prænotandum est, non semper eadem figura proponi, sed alia in antiquis nummis, alia in manuscriptis epistolis, alia in Anglis, Gallicis Germanicisque officinis reperitur, vti ex sequenti schemate cognosci oculis potest, quantum manuscriptæ Sichemitarum litteræ, & in nummis expressæ, a typis nostratium officinarum discedant. Sed quocunque modo ducuntur illæ litteræ, satis tamen manifestum est, ab Ebræis Iudaicis, quas Assyrias quidam appellant, nimium quantum illas discrepare.

Inscriptio

Inscriptio Epistolæ.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Alia Inscriptio.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

In his omnes literæ sunt præter vltimam N *vel* N









II. Hoc ſchema ex Epiſtolis Samaritanis ad τὸν πάνυ Ludolfum, deſumtum eſt, cui duos nummos adiecimus, vt diuerſorum temporum figuræ litterariæ cognoſci & diſcerni poſſint. Scaliger Animaduerſ. in Euſeb. p. 102 Samaritanas litteras easdem contendit fuiſſe & Phœnicias, quas Cadmus ex Oriente in Græciam attulerit: a quo Morinus diſſentit Opuſc. Samarit. p. 77 quod non tanta ſimilitudo ſit inter Ionicas, quas Scaliger ex veteri Viæ Appiæ columna proponit, & Samaritanas. Eſt vero, quo ſe Scaliger tueri poſſit, varietas ductus litterarii pro temporum diuerſitate, ſiquidem & illa forma, quam Scaliger c. l. exhibet, ſine dubio ex MSS. depromtam, a ceteris, quas nunc tradidimus, non mediocriter, præſertim in litteris quibusdam, differt.

III. Non ergo dubitamns, quin Samaritica ſcriptura ſit antiquiſſima, & in Phœniciæ & Palæſtinæ oris vſu recepta: an vero eadem veterum Ebræorum, hoc eſt quod in vtramque partem diſputatur. Aiunt doctiſſimi viri, Scaliger, Caſaubonus, Druſius, Cappellus, Morinus, Fraſſenius, & horum ſectatores: negant plerique alii, maxime Buxtorfius, Hottinger, Lightfoot & horum æquales. Illorum argumenta ſunt ex Hieronymi præfatione in libros Regum, & Euſebii Chron. ad annum MMMMDCCXL, ex Talmud Hieroſolymitano Megill. c. 1, ex nummis & Iudæorum ſuffragiis deſumta: contra quos pariter ex Talmud, Rabbinorum ſententiis & aliis argumentis a Buxtorfio pugnatur.

IIII. Hieronymi c. l. verba ſunt: *Certum eſt, Eſram alias litteras reperiſſe, quibus nunc vtimur, cum ad illud tempus iidem Samaritanorum & Ebraeorum characteres fuerint.*, Euſebium quidam ſuperadduut in Chron. num. MDL de Eſra tradentem, *adfirmatur diuinas ſcripturas memoriter condidiſſe, & vt Samaritanis non miſceret, litteras Iudaicas commutaſſe.* Ita editum Venetiis MCCCCLXXXIII. Scaliger autem hæc verba prætermiſit. In Talmud Sanhedrin. cap. 11 R. Ioſe de Eſra ait, אף על פי שלא נתנה [התורה] על ידו נשתנה על ידו הכתב *etſi per ipſum non data eſt lex, tamen per eum mutata ſcriptura:* ibidem Mar Sutra ſiue Mar Vkba dixit בתחלה נתנה תורה לישראל בכתב עברי ולשון הקדש , חזרה ונתנה להם בימי עזרא בכתב אשורי ולשון ארמי , ביררו להן לישראל כתב אשורית ולשון הקודש והניחו להדיוטות כתב עברית

עברית ולשון ארמית . מאן הדיוטות אמר רב חסדא כותאי: *In principio data est lex Israeli scriptura Ebraea,* [id est Samaritana] *& lingua sancta: iterum data est ipsis in diebus Esrae scriptura Assyrica & lingua Aramaea. Elegerunt pro Israelitis scripturam Assyriacam & linguam sanctam: & reliquerunt idiotis scripturam Ebraeam & linguam Aramaeam. Quinam sunt idiotae? Raf Chasda dixit, Cuthaei.*

V. Idem ex Talmude disputat R. Ioseph Albo lib. III Ikkarim cap. XVI pag. 79 cuius verba digna sunt, vt adponantur, אמרו רבותינו ז"ל בתוספתא דמסכת סנהדרין למה נקרא שמה אשורית שעלה עמהם מאשור רבי אומר בכתב זה נתנה תורה לישראל וכולי ולמה נקרא שמה אשורית שמאושר בכתב *Dixerunt Rabbini nostri felicis memoriae in additamentis ad codicem Sanhedrin: Quare vocatur nomen* [nostrae scripturae] *Aschurith?* quia ex Assyria allata est. *Rabbi dixit: in hac scriptura lex data est &c. & cur dicitur nomen eius Aschurith? quia felix & blata redditur in scriptura.* Additur ibidem, הכתב שבידינו היום שהספרים נכתבים בו אינו כתב עברי בלי ספק *scriptura hodierna, qua libri nostri scripti sunt, sine dubio non est scriptura Ebraea.* & interiectis, quae supra partim ex Sanhedrin allegauimus, plenius rem ita enarrat, כיון שעלו בני הגולה בימי עזרא ביררו להם כתב אשורי ולשון הקדש והניחו להדיוטות כתב עברי כלומר לכותיים שהיו דרין או בארץ ישראל קודם שעלו הם הניחו להם כתב עברי ולשון ארמי: *cum reverterunt captiui in diebus Esrae, elegerunt sibi scripturam Assyriacam & linguam sanctam, & reliquerunt idiotis, hoc est Samaritanis, qui antequam illi ex Babylonia redirent, in terra Israelis habitabant, scripturam Ebraeam & linguam Arameam.* Aramaeam, inquam, sic enim corrigo ex citato Talmudis loco, quod editum in libro Iosephi Albo est לשון הקדש *linguam sanctam.*

VI. Ex nummis quoque Samaritanas litteras referentibus argumentum sumunt, qui quod Hierosolymorum nomen habent, non possunt non cusi esse ante captiuitatem Babyloniam, quippe post illam id nomen abominati sunt Samaritae. Exempla Waltonus produxit in prolegomenis ad Polyglotta Biblia, & Hottingerus de Cippis Ebraicis, quibus insignem alium ex cimelio Ludolfiano adiicimus, maiorem nempe ex duobus, quorum formam heic expressam tradimus. Antiquum huiusmodi nummum etiam R. Mose Bar Nachman

man in fine Commentarii in Legem commemorat, quem etiam Ioseph Albo c. I. vt idem probaret, recensuit. Verba Ramban hæc sunt: באתי לעכו ומצאתי שם ביד זקני הארץ מטבע כסף מפתוח פתוחי חותם מצדו האחד כעין מקל שקד ומצדו השני כעין צלוחית, ובשני הצדדים סביב כתב מפתוח באר היטב והראו הכתב לכותיים וקראוהו מיד כי הוא כתב עברי אשר נשאר לכותיים כמו שנזכר במסכת סנהדרין וקראו מן הצד האחד שקל השקלים ומן הצד השני ירושלים הקדושה: ואומרים כי הצורות מקלו של אהרן שקדיה ופרחיה והצורה השנית צנצנת המן: *Acconem veni & inueni ibi apud seniores regionis nummum argenteum, in cuius vna facie virga amygdala, in altera vasculum expressum erat: vtrinque circumscriptum erat claris litteris. Ostendimus scripturam Samaritanis, qui e vestigio legebant, quod scriptura Ebræa erat, quæ relicta fuit Samaritanis. Legerunt autem in vna facie* ࠔࠒࠋ ࠄࠔࠒࠋࠉࠌ SICLVS SICLORVM, *ex altera* ࠉࠓࠅࠔࠋࠌ ࠄࠒࠃࠔࠄ - IERVSALEM SANCTA, *dicebantque, formam baculum Aharonis, amygdalantem & florentem; & formam alteram vasculum Mannæ repræsentare.*

VII. Qui contrarium sentiunt, & scripturam, quam מרובע *quadratam*, vulgo אשורית Iudæi vocant, antiquam patriarcharum & Mosis fuisse persuasum habent, vrgere inprimis solent locum ex Sanhedrin cap. 11, vbi אשורית non exponitur *Assyriaca*, sed מאשרת *beata*. Vrgent deinde mysteria ex Masora & Talmude Iudaica de ם clauso in medio aut principio vocis, quæ cadunt, si primæuam Samaritanorum formam dixerimus. Constat enim nullas Samaritis finales figuras esse. Vrgent etiam ἰῶτα, *minimam Legis litteram*, Matth. V, 18, cum ࠉ, Samaritanum elementum, fere sit maximum; & tandem nummos quoque ostentant quadratis inscriptos litteris. De Hieronymo respondent, forsan a præceptore Iudæo, alteri sententiæ addicto, ita persuasum fuisse, ipsum accurate caussam Samaritanam non examinasse, quod probari volunt, quia in Ezech. IX, 4 Samaritanæ litteræ ࠕ siue ✕ *Tau* tribuit crucis figuram. Sed falluntur, qui ita de Hieronymo iudicant. Variam enim olim & quondam persimilem cruci fuisse litteræ *Tau* figuram, ex nummis clarissime ostenditur, in quibus hæ tres formæ

conspi-

conſpiciuntur, quarum duæ ſatis confirmant ſententiam Hieronymi. In Talmude aiunt nihil legitime decerni, ſed tantum diuerſa ſentientium opiniones recenſeri. Nummis ita vrgentur, vt duplicem characterem Iſraelitarum conſtituant, ſacram, quæ ſemper quadrata fuerit; & profanam, communem cum Samaritanis, in qua cauſſa tuenda laborioſus eſt Buxtorfius in Diſſertat. de Litterarum Ebraicarum antiquitate.

VIII. Sic in vtramque partem propoſuimus, quæ de Samaritanis litteris eruditi, Chriſtiani præſertim, cenſeant. Ad Iudæorum conuicia reuertimur. R. Beniamin Tudelenſis p. 39 de Samaritanis ait אין להם שלש אותיות ה' וח' וע' ה' מן אברהם אבינו ואין להם הוד· ח' מן יצחק אבינו ואין להם חסד· ע' מן יעקב אבינו ואין להם ענוה *Tribus his carent litteris* ה, ח *&* ע: ה *in nomine Abrahami patris noſtri, vnde & deſideratur nomen* הוד gloria; ח *in nomine Iſaaci patris noſtri, vnde etiam deſideratur* חסד benignitas; ע *in nomine Iaacobi patris noſtri, vnde nec* ענוה manſuetudinem *habent.* Turpis & Iudæo digna criminatio, quam vel ipſe conſpectus Samaritanorum codicum confutat, in quibus litteræ ࠄ, ࠇ & ࠏ non minus, quam ceteræ, ſe oculis obiiciunt. Druſius de Tribus Sectis lib. III cap. X putat ex impura Samaritarum pronunciatione cauillum Iudæorum ortum eſſe. *Habent quidem*, inquit, *tres illas litteras, ſed pronunciant per* א; *vnde non habere dicuntur.* Verum eſt, craſſior illorum pronunciatio, quam Iudæorum, narratur, vt Golii & Hottingeri ſuffragio in Horis noſtris Samaritanis pag. 62 probauimus. Quamuis non certo conſtet de genuina illius ratione, maxime quod ſignis, quibus vocales declaramus, deſtituuntur. Cum Richardo ergo Simone c. l. p. 185 optamus, vt Ebraice peritus peregrinator ſatisfaciat cupiditati noſtræ, an Samaritani eodem modo legant Pentateuchum, ſicut Iudæi, aut quantum differant a punctis & lectione per Maſoretas firmata. Petrus della Valle cum Orientem peragraret, ſecurior erat: curioſior ſero, cum poſt reditum Morini epiſtolis excitatus fuiſſet.

IX. Satis de litteris Samaritarum: de lingua & libris nunc diſpiciendum eſt. Cum pauci ſint eorum libri, ſit vt linguam etiam parcius intelligamus, quæ vix aliunde melius cognoſci poteſt, quam

quam ex versione Pentateuchi Samaritana. Huius dictio ex Ebraica, Aramæa & Arabica ita mixta atque composita est, vt etiam multas voces habeat Cuthæorum proprias, proculdubio ex barbara regione, primigenia Cuthæorum sede, in Palæstinam inuectas. Fidem faciunt Horæ nostræ Samaritanæ tam in Notis Excerptorum, quam in Glossario & Grammatica, præsertim cap. XI p. 109. Scribunt etiam Ebraice, vt in Epistolis nuper vulgatis, sed ita Ebraice, vt idiotismos suos non penitus obliuiscantur, cuiusmodi sunt [Samaritan] *alim. postea* pag. 7 pro חורן Chaldaico: נביה *propheta* sine א, Arabico more: quo etiam amplissimus Ludolfus [Samaritan] pag. 6 refert, per ما *non* interpretatus in litteris ad nos datis, quod pronius videtur, quam vt interrogatiuum *quid* orationi neganti æquivaleat. Ad idiotismum linguæ cum primis etiam permutatio litterarum, maxime gutturalium pertinet, vt in Grammatica nostra cap. XI pluribus exemplis demonstratum est. Vulgariter vtuntur hodie, vt ceteri Palæstinenses, dialecto Arabica, qua etiam conscriptos libros habent, vt postea trademus.

X. Liber apud ipsos sacrosanctus est [Samaritan] *codex Legis* siue Pentateuchus Ebraicus, Samaritanis litteris conscriptus, qui vero in nonnullis locis discedit a codice Iudaico tam in ordine pericoparum (vide Horas nostras p. 37) quam in vocibus aut litteris. e. g. Gen. IV, 8 additur [Samaritan] *eamus in agrum:* cap. XLIX, 10 pro רגליו *pedes eius*, [Samaritan] *vexilla eius*, cuius generis multa collegit Hottingerus in Thesauro Philologico. Hieronymus in Galat. III, 10 scribit in Samaritano codice Deuteron. XXVII, 29 inueniri [Samaritan] *omnis*, vt cum LXX interpretibus conueniat: verum abest illud [Samaritan] ab hodiernis libris tam Samaritice versis, quam Ebræosamaritanis. Notabilior cum primis discrepantia est Deuteron. XXVII, 4, vbi legunt [Samaritan] *mons Garizim*, pro eo quod in nostris codicibus est הר עיבל *mons Ebal*, quod Waltono videtur Proleg. p. 79 Sanballetis temporibus factum esse, vt templo in hoc monte auctoritas confirmaretur. Vnde est, quod in epistolis suis ad Europæos hoc diuino, vt credunt, oraculo quam maxime glorientur. Buxtorfius in Anticritica p. 539 Ebræi

Pentateuchi codicibus Samaritanis nouitatem obiicit, quod vel antiquissimus ab Europæis tractatus vix ante cccc annos scriptus sit: ipsi vero Sichemitæ in epistolis suis oppido antiquum laudant. ࠌࠍ·ࠉࠌࠉ·ࠄࠓࠑࠅࠍ·ࠊࠕࠁࠅ·ࠀࠁࠉࠔࠏ·ࠁࠍ·ࠐࠉࠍࠇࠎ· *inde a diebus gratiæ, quem scripserit Abisa filius Pinchasi*, pronepos Aharonis, & quidem ࠁࠔࠍࠕ·ࠔࠋࠔࠄ·ࠏࠔࠓ·ࠋࠌࠅࠔࠁ·ࠁࠍࠉ· ࠉࠔࠓࠀࠋ·ࠀࠓࠑ·ࠊࠍࠏࠍ· *anno* XIII *ab ingressu Israelitarum in terram Canaan.* Quamlibet vero suspecta hæc antiquitas est, dubitari tamen non licet vetustissimum librum esse, & dignum qui a peregrinantibus inspiciatur & conferatur cum aliis. A quibus in Europam codex Ebræosamaritanus primum illatus fuerit, enarrat Hottingerus Smeg. de Biblioth. Samaritana ita, vt prima gloria Peirescium manere videatur.

XI. Pentateuchi non vnam versionem habent. Nota est illa pure *Samaritana*, in Bibliis Polyglottis exhibita, & in Horis nostris Samaritanis excerpta, de cuius stilo num. XI prædiximus. In Europam aduexit hanc versionem Petrus a Valle, Romanus, a quo Morinus acceptam Polyglottis Parisiensibus primum inseri curauit, quem Angli sua editione secuti sunt. Vide Petri huius & Morini epistolas mutuas XIIII & XV, & Hottingeri Smegma. Habent præterea etiam versionem Pentateuchi *Arabicam*, sed Samaritanis litteris perscriptam, quam Hottingerus in Smegm. de Biblioth. Samar. delineauit. Plures ex sacris & diuinis libros non admittunt. in epistola nuperrima pag. 2. aiunt : ࠋࠀ·ࠍࠒࠓࠀ·ࠀࠋࠀ·ࠄࠕࠅࠓࠄ ࠌࠍ·ࠁࠓࠀࠔࠉࠕ·ࠀࠋ·ࠋࠏࠉࠍࠉ·ࠊࠋ·ࠉࠔࠓࠀࠋ *non legimus alium librum nisi Legem, a principio Geneseos ad finem Deuteronomii.* Ceteros repudiant, quemadmodum ibidem addunt, ࠋࠀ·ࠍࠒࠓࠀ· ࠎࠐࠓࠉ·ࠍࠁࠉࠀࠉࠌ·ࠄࠉࠄࠅࠃࠉࠌ *non legimus libros prophetarum Iudaicorum.*

XII. Caussa cur prophetarum libros reiiciant, non potest obscura esse, quia scripti illi post schisma sunt: cur autem æque repudient libros Iosuæ; Iudicum, Samuelis, est quod plurimos in admira-

mirationem traxit. Petr. Dan. Huetius Tom. 1 Demonſtr. Euang. cap. de libro Ioſue p. 273 reſpondet, *Qui Dei legem Iſraelitis traditam tam aperte fuerant aſpernati, haudquaquam mirabile eſt, libros quoque eorum aliquos, vel probatos vulgo & pro ſacris habitos neglexiſſe, ſolo Pentateucho contentos, propter inſignem ſcriptoris dignitatem ac famam, & rerum ab eo traditarum ac geſtarum praeſtantiam, ſummamque gentium plurimarum, non Iſraelitarum modo, in eo probando conſenſionem.* Acutius de re hac, quem ſupra laudauimus, P. Allixius ratiocinatur c. I. pag. 14. *Il y a même des raiſons d'Etat, qui ont fait, que les Rois des dix Tribus n'ont pas eu égard au partage de la Terre de Canaan, tel qu' on le voit en Joſué, & à l'autorité du ſacerdoce.* Diuiſione ergo Terrae, per Ioſuam factae, non contenti Ephraimitae, videntur illos libros neglexiſſe, quibus illa diuiſio adprobata fuerat.

XIII. Habent quidem Samaritani & magni faciunt librum quendam hiſtoricum, ad Hadriani vſque tempora deductum, quem in epiſtolis p. 2 appellant ࠎࠐࠓ · ࠉࠄࠅࠔࠏ · ࠁࠍ · ࠍࠅࠍ *librum Ioſuae, filii Nun*, & Iudaei in libro Iuchaſin [*p. 154 a*] ספר זכרוני הכותים *librum chronicum Cuthaeorum*: verum longe diuerſus eſt a noſtro libro Ioſuae, & ita tantummodo cognominatus, quod principio res Ioſuae copioſius exponit. Plenior eius titulus apud Hottingerum Smegm. p. 102 eiusmodi eſt كتاب سفر اخبار بني اسرائيل من وقت ان قلد سيدنا موسي ابن عمران النبي عليه السلام يوشع ابن نون خلافة علي قومه *Liber continens hiſtorias filiorum Iſrael, a tempore, quo tradidit dominus noſter Moſes, filius Amram, propheta p. m. Ioſuae filio Nun, imperium in populum ſuum.* In calce libri adſcriptum eſt السفر المعروف بالسفر يوشع *Liber notus nomine libri Ioſuae*

Ioſ. Scaliger eum nactus bibliothecae Leydenſi legauit: Hottingerus epitomen eius dedit ſub calcem Antimorini: & in Enneade Theologiam

logiam Samaritanam inde oſtendit. Stilus eius, quantum ex excerptis Hottingeri conſtat, totus Arabicus eſt. Habent & ſuas *Litanias* Samaritani, e quibus, præſertim ex Damaſcena, multa Edm. Caſtellus in Lexico polyglotto produxit ad comprobandum Samariticam dialectum, id eſt ex Ebraiſmo & Chaldaiſmo permixtam. Eſt ipſis quoque liber hiſtoricus, Ebræo Rabbinico ſtilo compoſitus, auctore Seduna, Gazenſi patriarcha, de quo Hottingerus in Smegmate poteſt conſuli, qni tantummodo *Relationem* vocat.

XIV. Chronologia & computus Samaritarum a vulgari non ſemel recedit. Samaritanus enim Pentateuchi codex in numero annorum patriarcharum concordat vt plurimum cum LXX interpretibus, alicubi tamen differt & ſingularis eſt. Vide Cl. Spanhemii Introd. in Hiſt. Sacr. p. 6 & Scaligeri Emend. Temp. lib. VII, qui etiam ſpecimen computi Samariticc ſcripti ibidem exhibet & notis illuſtrat. Diſerte etiam de eo ſcripſit Godofredus Vendelinus epiſtola ad Morinum, quæ XLI eſt in Epiſtolis de Samaritanorum rebus in Anglia cooiunctim excuſis. Plura de eodem collegit vir clariſſimus & amicus noſter Guil. Erneſtus Tenzelius, quæ vt ſperamus, propediem in lucem prodituræ ſunt.





